


FRANCISCVS MARIA PRATVS SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI CONSILIARIVS.
RESPONSVM, SIVE NICANDER AVCTVS, AD DEFENSAM AVTHORIS MINVS IVSTE APVD SVPERIORES DELATI
CVM PRIVILEGIO.


FOR
TITV
DO
PRV
DENTI
A




RESPONSVM
REGII CONSILIARII
FRANCISCI MARIÆ PRATI.

Ad detegendam veritatem eius gestorum, dum Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ, crassante peste in florentissima Ciuitate Neapolis de anno 1656. munere fungebatur.

In quo plura enucleantur de Visitatione Officialium, tam de iure communi, quàm municipali huius Regni, ac verus, & genuinus sensus Rituum, Capitulorum, Constitutionum, ac Pragmaticarum sanctionum traditur.

Nec non ordinatè, scita, seu mauis Decisiones in materia peractis temporibus emanatæ dispunguntur: hac secunda editione nouis adiunctum scholijs, pluribusq; eruditionibus refertum; Quidq; Authori contigerit, disertè enarratur.

Cum locupletissimo Indice.





NEAPOLI,

Hæredum Typis Roncalioli M. DC. LXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PETRO ANTONIO AB ARAGONIA,

Equiti Ordinis Alcantaræ, Clauiculario Cameræ S. Maiestatis, eiusq; Consilij Bellici, ac Cohortis Militum Alemanorum Præfecto, Regni Neapolitani Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali Vigilantissimo.

Regius Consiliarius Franciscus Maria Pratus fęlicitatem deprecatur.



Ntiquorum Scriptorum studium fuit, Excellentiss. Prorex, eorũ lucubrationes è typis prodituras, alicui ex Męcenatibus offerre, vt sub pſidiali eius numine, Aristarcorũ Baubatus, & Momorum ictus, ac calumnias Aristarcorum euaderent, quod deindè moribus etiam Nostratium receptum est; Cumq; Ego ab incunabulis Iurisprudentiæ vacauerim, ac pleraq; ingenij mei munimina, luci expressserim, & priuatorum causas egerim in Supremis huius Regni Tribunalium subsellijs (non sine nomine) dum vel inuitus ad iudicandi munus fuerim assumptus, cominùs æmulos habui, ac Detractores expertus sũ, qui mea gesta redarguerẽt apud Superiores, abusum illum contra publicam vtilitatẽ, singulorum perniciem, contraq; omne fas, æquum, & iustum, inuehere non erubescentes, idq; in moribus ferè habentes; Tanta est inhumanis sensibus ad malum procliuitas, tam faciles lapsus, vt arte nõ modica opus sit, vt quis stet, nec cadat; præsertim si Magistratus fasces induat. Vndè nedùm Sindicatui parui, & liber euasi, verùm etiam inusitatæ Visitationi Iudicio suppositus fui, qua de re ito-

rum detecta à Iusdicentibus calumnia, innocens declaratus, libellum sanè apologeticum ad mei defensionem composui, eò sanè proposito, vt qui delatum me viderit, absolutum me agnosceret. At quoniam Delationum materia passim contigit, miseriq; Magistratus calumnijs expositi, (fato quodam auerso) quotidiè reperiũtur, de ijs latiorem sermonem feci, & modò Nicander (hoc etenim nomen Operi indixi) nouis adauctus scholijs lucem aspicit, pluraq; complectitur, quæ ad Magistratuum Sindicatus, & Visitationes pertinent, è quibus nisi iustũ inueniãt Superiorem, vix euadere possunt, vndè cogitans quàm iustè, ac prudentèr, Regnum hoc Excellentia Tua moderetur, æqua lance, iustoq; libramine ius suum vnicuiq; reddens, Tibi Opus dicare non expaui, quippequi certus sim, non tam Operis tenuitatem, quàm Authoris sincerã voluntatem Tibi arrisuram; nam teste *Mantuan.* in libello *ad Falcon. Parua decent humiles. &c Magna decent magnos, &c.* nec me mei fallit amor; quin tanto honore dignus vix esse videar, probiterq; sciam, quàm sit Mihi curta supellex: Nec calamum protraho in tuis efferendis laudibus sicuti Scriptorum nonnullis placuisse videtur, eo monitus *Poetæ* Dicterio

Fucati sermonis opem mens conscia laudis,
Abnuit.

Satis sit dicere, quod dum è Regali Stirpe sis ortus, non nisi magna, & regalia trahis opera, ac in regendo populos, tuorum Progenitorum exempla, vt ea feceris, impellunt; Non enim vti ille ait, *imbellem generant Aquilæ Columbã,* Suscipe igitur Opus hoc qualecumq; illud fuerit, tuere, ac protege, quæ tua erit humanitas, & Magistratus in prætio habeas rogo, nè iustitiæ neruus profligatur, dum interim Deum rogo, vt tibi omnia fælicitèr, & prosperè accidant, Domumq; tuam ad sydera extollat, sicuti voce deprecor, & corde voueo.

CAN-

CANDIDO LECTORI.



INstituti mei ratione,de iterata Nicandri editione, nouis adauctis scholijs, amplioriq; (quam antea)apparatu exornati , Tibi, pauca verborum congerie,absq;vllo prorsus fuco; vel figmento indicare, *Amice Lector*, meus est animus. Quod vt assequar, memoria recolendum est, lapsis annis,ac eo sane tempore,quo pestis lues florentissimam Ciuitatem Neapolis pene absorsit, totumq; Regnum non modicè afflixit; existente Me Iudice Magnæ Curiæ Vicariæ,ad id munus nulla prece,vel ambitu,sed proprio motu Excellentiss. tunc Regni Proregis assumpto,totam adhibui industriam,omneq; studium in iustitia ministranda, in præsertim qui præ timore pestis, substantias eorum præripientibus,obstaculum facere nequiuerant;& licèt mortis timor excusationem præbuerat ab assumpto onere me abstinere , attamen ab inceptis non destiti;proprios lares non deserui;à Ciuitate me non elongaui;quin amplius dum eodem morbo laborarem, adeútibus ius reddidi, cunctisque Me exhibui,vt iniuncto muneri facerem satis; (non nisi diuino numine adiutus;) Cumq; in spem fuerim bonum absoluisse opus , ideoq; gratiam apud Superiores adeptum; *O incauta futuri mortalitas?* innotuit, nonnullos, æmulos gestorum meorum euasos, calumnias struere non esse veritos, ac Superiorum auribus villicasse, malis artibus,ac perperam Me gessisse, iuxtà illud

Dum sibì quæ placent, cuncta licere putant.


Indè factum est, quod petita à Me non semel venia, dum tandem obtinuerim, à iudicandi munere vacationem,vt à malè gestis, seù veriùs malè dictis expurgarer, publico Me submisi Sindicatui , & à Sindicatoribus ipsis innocens declaratus,cum laude,literas liberatoriales obtinui, quo peracto, dum aliò mens mea tenderet, nec expeterem nisi uitam quietis amantem ducere, nec amplius Magistratuum fasces induere , iterum ad iudicium postulatum Me sentij,ac rigoroso Visitationis examini suppositus fui de iussu Superiorum, publicis emanatis eridis,siue programmatibus,typis expressis, præconia voce in Ciuitate publicatis, & toti Regno, ac Orbi transmissis, vt qui se læsos à Me senserint , quærelas coram conflato Magistratuum Collegio,exponerent, ac(vti est in adagio) duabus virgis castigarer;(quod herclè non putaueram)& cùm trium annorum interstitio,iurgij fortuna pendente, Inuidis, & Delatoribus licèt recrudescentibus,nemo fuerit, qui Me accusaret; scitum ex eodem Collegio manauit , quo innoxius declaratus fui , atque iniunctum non esse aduersus Me procedendum , eò quod nullæ extiterunt quærelæ, neq; delictum, de quo persecutores mei , spe vana, frustrati, manus dederunt refrigeratas , vt illud stet effatum , *Nèscire homines, quid serus vesper vehat.* Quamobrem ad eiusmodi Calumnias detegendas , earumq; artifices indicandos, vtq; meæ apud Orbem bonæ adeptæ opinioni consulerem,natura ipsa impellente,calamum arripui,& sub Nicandri nomine, gesta mea,peculiaribus, nec fictis documentis exaraui; vtq; suppressa de terra orta veritas, lucem aspiceret, elaboraui. Et nè nudam dumtaxat de Me narrationem texere viderer,non abs re putaui de Sindicatu,ac Visitatione Officialium, verba facere, Et sub compendio posteritati insinuare quid de ijs tam iura com-

munia

munia, quàm leges municipales, ac Regiæ iussiones disposuerint; qui sanè libellus à peritioribus, cordatisq; viris alacritèr exceptus, cùm perpaucis tunc è typis proditis, in paucorum manibus versaretur; Ipseq; illum expetentibus tradere nequirem, denuò illum sub prælo subijcere cogitaui, quem modò trado, adauctum, ac quamplurimis ditatum dogmatibus, fortè legentibus non ingratum; & licèt paucos edocere possit tenue Authoris librata Minerua, estò memor *Candide Lector*, nullam adeò tenuem esse scriptionem, quæ non aliquam afferat laudem, saltim cautos reddet Magistratus, nè in ijs incidant scopulis, qui in hoc præcipuè calumniantium fecundo, & feraci sæculo parari solent, aiente *Poeta*,

Quæ nimis apparent retia, vitat auis.

vtq; calleas, Deum Optimum Maximum, iniustè persecutos Iudices, iusto fauore prosequi, & ad maiora extollere munera. Fruere igitur hisce meis lucubrationibus, ea benignitate, qua cætera ingenij mei monumenta iamdudum luci tradita excepisti; & nisi perlegeris, suspende tuum de Opere iudicium (Rogo) ab ijsq; vindica, qui consuetis forsan scommatibus, & iniurijs, quas illi virtutum Sandapilarij, & bonæ mentis tortores, sacrilego ore, sæpimodè euomunt. Interea, quæ alia pollicitus sum Opera propediem expecta. Est enim sub prælo Quartum *Disceptationum Forensium Volumen*, quo expleto (si Deus annuat) *Decisiones Sacri Regij Consilij Neapolitani*, edere curabo. Vale Beneuole Lector, iterumq; Vale.



AL SIG. CONSIGLIERO

FRANCESCO MARIA PRATO.



ARresta i voli tuoi Famà negletta
All' ottauo miracolo del Mondo
Questi è FRANCESCO, che nel cupo fondo
Con la penna, e col dir l'oblio saetta;

Se scriue insegna, e se discorre alletta;
Chiaro ne fogli, e nel orar facondo
D' Astrèa ripose in Equilibrio il pondo,
Da lui le Leggi la Giustitia aspetta.

Non s' incida il suo nome in duri scogli,
Se sprezzando del Tempo i rei costumi
Saran Fenici ad eternarlo i fogli.

Sgorgan d' intorno d' Eloquenza i fiumi,
E per alzar à sì bel PRATO i fogli
Suda l' Eternità ne suoi volumi.



AL SIG. CONSIGLIERO

FRANCESCO MARIA PRATO.

OR, che Fortuna al merto tuo arride,
Fissando il chiodo alla volubil Ruota,
Stringi ò PRATO il suo crin, sà in van si scota
Col tuo fauer, ch'al Ciel di Fama asside.

Sono i tuoi Preggi d'vn Solon, d'Alcide,
Che se di Leggi l'vn la Patria addota,
L'altro in vece d' Atlante al dorso immota
Tien la Sfera del Ciel, che lasso inside.

Così PRATO gentil, la gran Sirena
Doti co i tuoi Volumi, e'l Ciel cadente
D'Astrea sostien, che regger puossi à pena.


Si mordi Inuidia il cor; se d'acqua algente
I PRATI irriga il Iò con larga vena,
Fatt'è vn PRATO di Leggi vn Mar furente.

L'Accademico Addormentato

Giacinto d' Auitabile.



Vtriusq;



Vtriusque Iuris Doctor Franciscus Maria Pratus
Regius Consiliarius.

Lycophron Pur.

Vir, nunc gratiosus sedes viris, quia rara vis Floris
tui carpsit CROCVM.

G. Motillus.



BERARDINI DE ALESIO

IN REGII CONSILIARII

FRANCISCI MARIÆ PRATI

LAVDES.

EPIGRAMMA.

QVis nouus hic(mirum)Phœbus splendescit in Orbe?
Quis nouus hic nobis clarior Æthra micat?

En duo fulgenti lustrant nos lampade Soles
En duo diuersa lumina luce nitent

Alterius celso radios lux mittit Olimpo
Alterius terris demicat,atque nitor.

In

IN Congregatione habita coram Eminentiss. D. Card. Philamarino Archiep. Neap. sub die 16. Septemb. 1664. fuit dictum, quod V.I.D. Iulius Capone reuideat, & in scriptis referat ei p. Congreg.

P. Garbinatus Vic. Gen. Neap.

Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S.Off. Cons.

EMINENTISS. DOMINE.

Vidi mandato Eminentiæ Tuæ Responsorum volumen *D. Francisci Mariæ Prati, celeberrimi olim Causarum Patroni, postmodum integerrimi Iudicis* Causarum Ciuilium, *& Criminalium in nostra M.C.V. in quibus iudicandis tam famosè se gessit, vt ferè omnes deciderentur litigia ipso authoritate, docente, eius enim doctrina septem impressa voluminibus, allegabatur per famosissimos nostri sæculi Aduocatos, & secundum eundem causæ decidebantur. Et si Farinacei summa laus existimabatur, quod ipso viuente Sacra Rota, eundem permiserit allegari, eumque proprio nomine decidendo laudauerit, summa huius Authoris laus extollitur, quod in Tribunalibus, in quibus iudicauit obseruatum nullus negabit, & hodie seruant Aduocati primæ notæ in S.R.C. vbi proprijs meritis post tot labores, à Catholico nostro Monarcha (quem Deus seruet semper incolumen ad S. Fidei protectionem) promotus fuit ad Consiliarij dignitatem, summo cum honore, & applausu canonizata à toto Iurisprudentum Cætu clectione, paucis tamen exceptis tantæ famæ inuidiosis, in quo* Responsorum volumine, *nihil contra bonos mores, nec contra Iurisdictionem Ecclesiasticam inueni, sed Iura Communia, Constitutiones, Capitula Ritus, Gratias, & Priuilegia huius Regni, nec non Consuetudines huius Ciuitatis Neap. explicatas, ampliatas, aut limitatas vidi, ac proindè sicuti Authoris famam soli Inuiai ignorantes denigrare præsumunt, ità hoc opus, cum alijs septem impressis à Iuris professoribus summa cum laude acceptabitur, si tamen sic Eminentia Tua iusserit.*

Eminentiæ Tuæ *Humillimus seruus*

Iulius Caponus.

IN Congreg. habita coram Eminentiss. Dño Card. Philamarino Archiepisc. Neap. sub die 2. Martij 1665. fuit dictum, quod stante relatione supradicti Reuisoris Imprimatur P. Garbinatus Vic. Gen. Neap.

Can. D. Matthæus Renzi V.I.D. & S.Off. Cons.

EMINENTISS. SIG.

IL Consigliero Francesco Maria Prato supplica V.Em. si degni commettere la censura di vn Libro, quale intende dare alle Stampe, quale se intitola, Notæ Recentiores ad Decisiones D. Præs. de Franchis, *e di vn suo* Responso De gestis tēpore pestis, *à persona intendente de la professione, acciò vista la relatione, possa ordinare l'impressione, e l'hauerà a gratia di V.Em. vt Deus, &c.*

Magnif. D. Iulius Caponus videat, & referat in scriptis.

Galeota Reg. Carrillus *Reg.* *Nauarra Reg.* *Marinis Reg.* *Ortiz Cortez Reg.*

Prouisum per S. Em. Neap. die 4. Mens. Martij 1665. *Criuella.*

EMINENTISS. DOMINE.

Vidi iussu Em. Tuæ aureas Additiones ad celeberrimas Præsidis de Frāchis decisiones à laboriosissimo, doctissimoq; nostri S.C. lumine D. Francisco Maria Prato compositas, quæ si prius tantæ erant authoritatis, vt exteros non infimæ notæ Doctores terruerint, inter quos Decius; quantò magis hodie tot nostri Authoris roborata doctrinis, nec non aliorum totius Europæ Tribunalibus cōsociatæ Decisionibus non eos terrebunt? Vidi etiam eiusdem Nobiliss. Consiliarij Responsum de gestis tempore pestis, *Opus quidem tùm theoricè, tùm practicè per eundem, non sine huius nostræ* Ciuitatis *experimento comprobatum, vtilissimum, ac maximè necessariū commendatum; quia verò nihil contra potentissimi nostri Regis iurisdictionem in eis continetur, quàm non offendunt, nec sacrosanctas Regalias tangunt, nisi ad eas defendendas, protegendas, atq; enucleandas; ideò posse imprimi censeo, si Em. Tua sic iusserit. Neap. 19. Mensis Martij 1665.*

Em. Tuæ *Humillimus seruus*

Iulius Caponus.

Visa retroscripta relat. imprimatur, verum in publicatione seruetur Reg. Prag.

Galeota Reg. *Marinis Reg.* *Ortiz Cortez Reg.*

Rerum memorabilium, quæ in hoc Opere continentur; ab ipsomet Authore, elaboratus, accuratisſimus

INDEX:

A

Ad-

INDEX

Aua-

I N D E X

Au-

INDEX

I N D E X

Au-

B

Bah-

Ca-

INDEX

gi-

Di-

E

F

Fal-

INDEX

d

Fi-

H

I

Ini-

Iu-

Iu-

Iun-

L

Lau-

M

Mi-

Of-

INDEX

Pro-

I N D E X

Q

Quæ-

R

I N D E X

Te-

Vi-

FINIS.

EPITHOME


Remissa protestatione insinuat Author, non aliter calamum arripuisse ad eiusmodi Responsum edendum, nisi ad suam famam defendendam, ac ex Malignantium, ac Delatorum maledictis nomen suũ vindicare, suamq; existimationem, bonumq; apud omnes adeptum nomen, illibatum, ac sarctum, tectumque cõseruare, citra cuiuspiam iniuriam, suorumque gestorum enarrationem facit, ac de origine acceptati muneris Iudicatus in vtraq; Magna Curia Vicariæ ab Excellentiss. Dom. Prorege Comite Castrilli, fidem adstringente suam ad maiora, ac perpetua munera quamprimùm vacatura ipsum esse promoturum, demandati, deque venia, ac excusatione non semel petita, animaduertens in tribus nominationibus diuersorum perpetuorum Officiorum minimè extitisse nominatum (tertia tamen vice obtenta) quæ sanè ipsum impulit ratio ad veniam petendam, quibusque, verbis Dom. Prorex illum ad continuandum allecerit, qualiterque publico dum stetit sindicatui, absolutus ab administratione non sine laude extitit, cùmque de eadem amplius impetiri nequiret, qualiter, quibusque verbis composita, & publicata fuerint præconia è nouo Iunctæ bonorum vacantium Prætorio, specificè homines alliciendo ad proponendum (si quæ illis competerent) quærelas aduersus Authorem ob expeditionem præambulorum occasione pestis, Typis excusa, in valuis Tribunalium affixa, totique Orbi transmissa, faciens se in ijs Iuncta Visitatricem, dum in forma Visitationis procedere, & ad sententiam vsque deuenire in ijs adstruit; quæque grauamina Authori illata fuerint ex singulis prædictorum bannorum, siue Programmatum verbis non aliò excogitatis à Compositore ipsorum, siue Dictatore, quàm ad conuitia inferendum, inque eius fama, & existimatione apud bonos, grauesque viros grauandum, quodque nulliter fuerit in omnibus processum, tùm ex defectu Iurisdictionis, assumens in se Iunctamet authoritatem visitandi, quæ non nisi soli Regi competit, ac de eius Supremo dominio, vti quid personalissimum, Regisque ossibus infixum, nemini communicabile, ni-

si ab eodemet Rege concessum; quam sanè potestatem Eruditiores Hispani, *Maioriam* appellant, nec vnquam alibi in Regno cum alijs practicatum extitisse, nec apud quamplures Authores, siue Indigenas, siue Alienigenas papyro traditum, aut quoquomodò posteritati commendatum, fuisse repertum; ac quàm iniustè nullo exibito Dom. Proregis rescripto in bannis exemplato, quod præcedere debebat, & ante omnia exhiberi, & in Bannis inseri, fuerit ad vlteriora per Iunctā deuentum; Quidquod: etiāsi rescriptum Proregium manauerit, quod exequutioni demandādum non erat, dum Iurisdictionem Regis propriam visitandi Magistratus nusquā Proreges habuerint, neque illis (si adstruāt) fidem adhibendam fore, imò teneri Magistratus replicare, & secundam expectare iussionem, præsertim oppositorem se facere debebat, qui Fisci partes tuebatur cùm peculiare ipsius munus sit à quopiam Supremam Regis iurisdictionem vsurpante vindicare, non autem annuere, sicuti in casu præsenti factitatum demonstratur, ac quamplurimis iuribus, rationibus, Doctorumq; placitis, ac rerum passim iudicatarum authoritate conuallatur; Conuincunturque grauamina ex præconijs illata, eam factorum speciem indicantia, quæ ex publicis documentis hoc Respons. transcriptis, nulla solida traditione vallata, ad oculum demonstratur; Rursus declamatam notitiam de gestis per Authorem in Bannis per Iunctam, erroneam fuisse, ac non aliam Bannorum Compositoris mentem fuisse, quàm allicere homines ad Fiscalis Iura quodammodò coadiuuandum aduersus Authorem, dum nullis præeuntibus querimonijs, nec libellis desuper porrectis, omni iure, inconcussaque totius Orbis Tribunalium praxi minimè erat procedendum, Eò magis cùm Iuncta se Visitatricem asserens; non aliud peragere poterat, nisi illud quod Visitatores Generales amplissimam facultatem habentes à Rege verè, & legitimè electi efficere consueuerūt; nempè, minimè procedere, nisi libelli querelantium ab ijs subscripti præcedant, non autem carceri mancipatum Scribam Magnæ Curiæ vti testem anno cū dimidio detinere, ad hoc vt fides inquisitioni præstetur, & in viridi sustineretur, & Visitationi terminum præficere, non autem indefinitè Magistratum in Sindicatu absolutum, perpetuo rigoroso Visitationis examini submissum facere; nulla habita consi-

dera-

deratione celeris litium expeditionis, cui Author toto incubuit studio noctes ducendo insomnes, & dies sollicitos,& præsertim fœdato tempore quo pestis lue ingruente in Ciuitate Neapolis, solus Author iustitiam ministrauit, eodemque Epidemiali morbo laborans, nequidem se abstinuit, sed alacriter peregit ad suũ explendum munus, cæteris eius Collegis elongantibus se, & à iustitia ministranda abstinẽtibus ob pestis timorẽ; Quæque extra præconia, adinuenerunt molimina, D. Proregis auribus susurrãdo ex obitu tot personarum millium tempore pestis, duos milliones cum dimidio Fisci compendijs obuentos esse, id quod cũ opere perficere nequiuerunt,excusationem adduxerunt hæreditates in Fisci commodum euanuisse,ex tot pręambulorum decretis per Authorẽ interpositis, quasi quod expedire litigãtes,quod aliàs in laude apud plerasque Europæ nationes fuit habitum, modò in crimen Authori sit imputandum,cuius enunciati mẽdacium satis superque tum in facto,cum in iure euanidum commonstratur; Quidque Authori iam effluxo anno cum dimidio Visitationis Iudicio Iunctæ submisso acciderit, qualiterque D. Prorex innoxium illum benè agnoscens cum ipso processerit, enarratur;& quomodo coactus Author recusationẽ proposuerit in personam Consiliarij Francisci Rocchi contra Authorem procedere satagentis nulla præexistente quærela, & per viam inquisitionis etiam de non contentis in Bannis, animosè nimis etiam recusationis causas inserendo ad oculum demonstratur, decretumque interpositum per Iunctamet, quod nõ interueniat dictus Consiliarius præhabita ipsius depositione super Capitibus recusationis: seriosè inseritur; adeò quod posteritati innotescat Authorem ab inuidis, & maleuolis persecutum, contra omnia iura,etiam Statutaria,eo solo quæsito colore,quod Iudicatus munus in manus Proregis deposuerit, & per annum cum dimidio nullam sibi fuisse trãsmissam informationem in propatulo est.Qualiterque Author nulla habita expeditione à Dom. Prorege Comite Castrilli,cui non semel,& per mensem ferè cõtinuũ præces effudit,coactus extiterit recursũ habere ad Excellentiss.Comitem Penarandæ, omnia recensens grauamina sibi illata,à quo remedium expetijt, quiq; fuerit rei euentus. Iuncta calculum suum præbente, quod visis litteris liberatorialibus ob-

 tentis

tentis in Sindicatu; non procedatur contra Authorem ſtante etiam, quod nullæ extiterint quærelæ, nec delictum aliquod, per quod procedi contra ipſum potuiſſet, de quo certior factus Regni moderator, ne dum annuit, verum etiam iteratò in Iudicem criminum Magnæ Curiæ vel inuitum delegit, ac facta de eo nominatione Sereniſſimo noſtro Regi, inter Regios Sacri Conſilij Neapolitani proceres fuit cooptatus, non ſine plauſu, communique iurgantium lætitia. Quiduè illi acciderit ex Malignātium Delationibus abſq; ſubſcriptione libellorum elāculo emiſſorum, vbi aduerſus eiuſmodi generis homines multa tradit, eiſq; minimè annuendum, inſinuat.



AV-

Authoris Protestatio.

1 TOtum obtestor Orbem, aduersùs publicata progrāmata, siue præconia Typis excusa è nouiter erecto Bonorum vacantium Prætorio in forma rigorosi Visitationis examinis, ac Iudicij profecta (q
2 nonnisi soli Inuictissimo Regi nostro competit, vti de Regalijs, quodque peritiores Hispani *Majoriam* appellant, personalissimumque munus Regijs ossibus infixum, ac à Regali persona inseparabile DD.tā citrà, quàm vltrà montes, affirmarunt) vti inferius, eaq; in valuis Tribunalium Fidelis. Ciuitatis Neapolis eiusque suburbijs, & districtu horrida præconum voce præeunte, affixa, totique Regno, ac vniuersæ Terræ transmissa, ad detegenda facinora per V. I. D. Franciscum Mariam Pratum Iudicem Magnæ Curiæ Vicariæ patrata in
3 expeditione præambulorū occasione pestis (sic adamussim verbamet programmatum insinuant) eò sanè tempore quo paucis ante diebus, publico parui Sindicatui, & nemine qui Me accusaret apparente, ab administratione Officiorū absolutus extiti, & magna cum laude, litteras liberatoriales obti-
4 nui; nonnulla exarasse ad famam, ac extimationem è Calumniatorum conuitijs, ac malè dictis eruendam, innoxiumque
5 apud omnes Me insinuandum, illataque grauamina detegendū, quodq; nulliter ex defectu iurisdictionis primùm, alijsq;
6 seriosè indicatis contra Me fuerit processum, quæ præsens enucleabit Responsum, nec Cordi est quemquam lædere, sed
7 omnibus morem gerere, [nam illud tantulùm propositi quidem mei est, nefanda illa, quæ vulgarunt crimina, diluere, ac propulsare:] Honorem tamen meum indefensum non relinquere, id quod ingenuis hominibus instinctu quodam naturæ esse insitum, nemo non affirmabit.
8 [Scitum est enim propulsionem iniuriæ non esse iniuriam, ac verum esse illud *Vlpiani in l. qui cum natu*, §. *si libertus* illic
9 *Ignoscendum ei esse, qui prouocatus vlciscitur, ff. de bon. libertor.* Diu. Hieronym. effatum insectatus *in Epistol.* 14. apud *Augustin.* ibi, *Si in defensionem meam aliquid scripsero, in te culpa est*

10 *pa est, qui prouocasti, nõ in Me, qui respondere cõpulsus sum.* Etenim aiente *Regent. Valenz. in cons.* 571. *n.*74. qui & *finalis.*
11 Ne contenta in Bannis, siue Programmatibus prçindicatis responsione non data, subsistere videantur, Calamum arripere enixus sum, & ne quis silentium meum in consensum duceret, & crederet à Me approbata, quæ refutata non videtur iuxtà *Lipsij* monitum in *dedicatione libelli aduersus Dialogistã*
12 *de vna religione.* Patere igitur Lector, Me tecum vehemẽtiùs paulò, sed leniùs tamen quàm excogitata à petulantissimis Scurris molimina, irritarunt expostulare; Nec est cur illo se præsidio munitos putent, quòd in loquendi seù oblatrandi libertate, dũ Iurgij penderet fortuna, relictum est, Quod alij
13 fecerint, ab alio vt expectent, Naturæ Lex est, nã vt veritatẽ indagandi, inuestigandique perperam à Iustitiæ præpositis, publicæ rei commodo cedere, superioribus omnibus sæculis
14 libertatem tributam esse fatemur: ità famosa dicteria componendi, opprobria, & conuitia ingerendi, Calumniasque struendi artificium, & exercitium, cùm omni hominum generi per se in honestum, turpe, & ignominiosum, tamen omnibus Mi-
15 nistris, præter cæteros turpissimum esse, passim iudicatum est, earumque rerum apud omnes nationes, non modò non concessam libertatem, sed omnem prorsus ademptam facultatem semper fuisse constat. Nunc audi (cogor enim quod celatum volui, seueriùs exprimere, ne cũ persequentium, & obtrectatorum existimationi nimis consulo, meam ipsius in discrimẽ conijciam.)]



Hæc

Hæc dicit Dominus: Facite iudicium,& iustitiam, & liberate vi oppressum de manu Calumniatoris, & aduenam,& pupillum,& viduam nolite contristare, neq; opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem nè effundatis in loco isto.

Ierem. cap. 3. n. 22.

SECTIO PRIMA.



Eddita ratione villicationis meæ, dum publico
Sindicatui in florentissima Ciuitate Neapolis
ob exercitum munus Iudicatus in vtraque Magna
Curia Vicariæ trium annorum,& mensium
trium interstitio, ad quod sanè munus peragen-
17 dum plurimi tamen æstimandum eò quod pro-
prio motu, omnium primum accersiuit. Me Excellentiss. Co-
mes Castrilli Regni Moderator,eò sanè tempore, quo forensi
18 versabar in puluere,Supremisque Tribunalium subsellijs im-
pensè addictus, Aduocationis munere fungebar (non sine
nomine) ac frequentibus Clientum aditionibus impetitus,
peruigili cura,omnes obmoliebar vires,vt ij, qui meam expe-
tebant operam, industriamque laudabant,tam in Ciuilibus
iurgijs defendendis,quàm in criminalibus causis perorandis,
compotem me redderem,satis mea sorte contentus, me sub-
19 misi;iustissimum namque est,ac vbique Terrarum vsitatum,
vt ille, qui alios iudicando corrigit, & castigat,culpas suas in
primis emendet,pro illisque satis fiat,*l.iustas, C.de iur.fisc.lib.*
10.*Paris de Put. de Sindic.*verb. *Euidentialia c.*2.incip.*Qui alios
pag.*107.*Seff.in Responf.sindicat.n.*4.*& seqq.* vbi in id plura
congerit, & inconcusse habetur secundum Euangelicam
doctrinam *Lucæ cap* 16.*& in cap.qualiter, & quando el* 2. vers.
Legitur extr.de accus. [*&* probatur in *l.vnic.C.vt omn.Iudic.tã
ciuil.quàm militares*,& in *Authen.*vt *Iudic sine quoquo suffrag.§.
necessitatem,& in §. interdicimus* vers.*Oportebit* ,*collat.* 2.*Suarez
de Paz in prax.part.*8.*tom* 1.*rubr. de mod.& form. proceden.in
Sindicat.*

Sindicat.in proem.n.1.& 2.Ang.de Perus.& Bal.de Sindicat.n.2. & 6.Azeu.lib.3.tit.7. & post eum *Ioseph Sesse in Responf. Sindicat.ad suimet defensionem,* post *tract.de inhibition n.4.Bouadill. in sua Politic.lib.5.cap.1.n.19. Berart. in specul.Visitator.cap.1. n.11. & seqq.* ac liberatoriales litteras à Sindicatoribus per eamdem Ciuitatem Electis obtinui, subscripti tenoris.

20 *Nos Electi inclytæ,& Fidelis.Ciuitatis Neapolis,& Sindicatores Regentis, Iudicumque Magnæ Curiæ Vicariæ, atque aliarũ eiusdem Ciuitatis Curiarum. Cunctis patere volumus,ac significamus nostri muneris esse,atque ad Nos spectasse,spectareque, & pertinere pro vetustissimi ritus obseruantia,atque ex Priuilegijs,& Gratijs huic Fidelis Ciuitati à Serenissimis nostris Regibus erogatis,*& *concessis,ius dicere, ac statuere in grauaminibus, & querelis (si quæ fortè fuerint) aduersus prædictos Regentem,& Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, aliarum prædictæ Ciuitatis Curiarũ. Cum autem V.I.D.Franciscus Maria Pratus Magnæ Curiæ Vicariæ Criminalium,& Ciuiliũ Causarum Iudex suo functus sit officio, paratumque se obtulerit (vt moris est) & quisque tenetur reddere rationem suæ administrationis,emanatis hac de re consuetis Bannis,nullæ contra eum extitere querelæ,Verum repertum est eundem integra fide,summo studio,summaque cura, & diligentia,ac singulari integritate,sui Iudicatus exercitum esse munera. Quam ob causam pro communi omnium consensu,ac præcipuè pro infrascripti Consultoris sententia,prædictum V.I.D. Franciscum Mariam Pratum,nedum à præsenti Sindicatu liberandum,literasque illi liberatoriales expediendas visum est,verum etiam maximis laudibus cohonestandum,ac multò maiora,eum promoueri esse declarandum,Propterea volentes Nos (quemadmodum tenemur) ius suum,cuique reddere cum voto præfati Consultoris, Doctorem ipsum Franciscum Mariam Pratum ab hoc Sindicatu, totaq; eius administratione absoluimus, & liberamus,ità vt de gestis,in eodem Officio,vel eius causa,à nemine in posterum sit amplius appellandus, criminandusque,sed potiùs commendandus,prout præsentium vigore Nos eum absoluimus,& liberamus,atque etiam omni laude dignissimum declaramus,sic eius doctrina,& virtute possentibus,pro his quæ in dicta administratione,& Sindicatu cernimus, Nobisque constiterunt, & constant,maxima enim prudentia,ma-*

xima

ximaque sedulitate, & solertia, ac mira quidem animi fortitudine, & probitate, se gessit, nullius sanè amore, vel odio, nullius timore cōmotus, neque præcibus, neque prætio, aut muneribus adlectus, æqua lance, quod suum est, vnicuique semper tribuit: Declarantes porrò, & decernētes præsentes nostras absolutoriales, literas eidem Doctori Francisco Mariæ Prato nunc, & post hac semper, esse firmas, & proficuas, adeò vt in eum pro præsenti causa nullo pacto agi possit, nec debeatur ad cuiusuis postulatum, & criminationem, In quorum prædictorum omnium fidem, & testimonium, eas à nostro Secretario fieri iussimus, nostrisque manibus subscriptas, sigilloq; huius Inclitæ, & Fideliss. Ciuitatis munitas, & roboratas. Datū Neap. in Tribunali nostro S. Laurentij, die 25. Augusti 1657.

D. *Antonius de Francisco Caracciolus pro Sedili Capuanæ.*
D. *Ioseph de Alexandro pro Sedili Portus.*
D. *Thomas Guindatius pro Sedili Nidi.*
D *Iacintus Muscettula pro Sedili Montaneæ.*
Felix Basile pro Platea Fidelissimi Populi.
Paulus Malangonus Sindicator.

De ordine Illustrissimorum Electorum Franciscus Castellarus Secretarius.

In Reg. 10. *Priuilegiorum fol.* 41 *.at.*

21 Iterum; omni studio me præparare ad reassumendum aduocationis munus, nihil aliud ambigens, quàm nouercantis fortunæ assultus obliuioni traditos gestorum meorum veritatem, ac mentis nitorem in tot subeundis laboribus ad publicam vtilitatem, præsertim pauperum, dies diceret.

22 *Tantam enim vim semper habuit veritas,* [iuxta *Eloquentiæ parentis* monitum, in *Oration. in Vatin.*] *vt nullis machinis, aut cuiusquam hominis ingenio, aut arte subuerti possit; & licèt* in causis *nullum habeat patronum, aut defensorem, tamen per se ipsa defenditur, nec magis quàm flamma latere potest,* [& in *Orat. pro* Marco *Celio, O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas omnium insidias facilè per se ipsa defendat,* Nam veritas in omnibus principatū obtinet, & est à quocumq; præferenda *cap. quæritur* 2. *quæst.* 7. *l. penul. ff. de probat. Ang. cons.* 391. *sub* alijs quidem termi-

nis *n.3. Rosarium Busti lib.2.ferm.31 lit. Q. & seq. Io. Neuizan.lib.5. Syluæ tit. Quomodo sit iudicandum n.112.* & omnia ei cedunt *Esdræ lib.1.cap.4. cap. fraternitatis de frigid. & ma-*
23 *leficiat.cap.veritatis 8. dist.* & est mater iustitiæ secundum *Bart.in l.libertini n.1.ff de stat.hom.* imò iram Dei prouocat
34 super se, qui veritatem opprimi conspiciens, eam pro viribus non defendit. *cap.quisquis cap.nolite timere 11.quæst.3. Ludou. Zuntus in Respons. pro vxore, n.36.& seq.* vnde *Cicero lib.2.*
25 *officior.* ait, *Iudicis semper est verum sequi.*

Hinc cùm in spem ducerer post tot passas ærumnas pacato animo forensem palestram fore insequuturum.]

Ecce incogitatè sanè, ac nouo nec vnquam antea audito exemplo, denuò ad Iudicium me postulatum sentij publicis mediantibus præconijs typis traditis per Vniuersam Ciuitatem Neapolis, eiusq; Suburbijs, & Districtu emanatis, inq; locis frequentioribus affixis, singulisq; Regni partibus transmissis, totiq; Orbi insinuatis ex abundanti pœnu Dictatoris profectis, quæ sunt eiusmodi.

Philippus Dei Gratia Rex.

26 D. *Gaspar de Sobremonte Regens in supremo Consilio suæ Catholicæ Maiestatis, & Collareralis Consilij huius Regni, Locumtenes Regiæ Cammeræ Summariæ, Io. Baptista Iouinus Regius Consiliarius, Io. Baptista Amendola, & D. Stephanus Carrillo Regij Consiliarij, & Præsidentes dictæ Regiæ Cameræ, & D. Franciscus Ortiz similiter Regius Consiliarius Delegati per suam Excellentiam in Regia Iuncta, interueniente in ea Magnifico Io. Hieronymo de Philippo Fisci Patrono Regalis Patrimonij.*

Sono state tanto repetite le quarele, che Sua Eccell. hà tenute contro l'olim Giodice Dottor Francesco Maria Prato in materia de li preamboli, che hà fatto con occasione del contagio, che hà obligato l'Eccellenza Sua prouederli la piazza per rispetto di hauer complito il biennio; Et perche non è giusto, che se hà delinquito, resti senza il douuto castigo, nè tampoco se è innocente tenghi questa macchia, hà risoluto, che in questa Regia Gionta de' beni vacanti se riceua informatione, e se verifichi tutto quello, che hà operato in

d.par-

d.particolare de preamboli, cō incaricarli, che fatta detta verificatione, intenda li discarichi di detto Dottor *Francesco Maria, e giudichi in forma di visita concedendo per tale effetto tutta l'autorità necessaria; E bench e questa Regia Gionta tenghi sopra di ciò alcune noti tie, ad ogni modo l'hà parso fare il presente Banno, con il qualesi fà noto à qualsiuoglia persona, che si sentisse grauata dal detto olim Giodice Francesco Maria* Prato *per le cause sopradette, debba comparere auāti li sopronominati* Spettabile, *e Signori Delegati di detta Regia Gionta nel Palazzo de la residenza di detto Spettab. Signor Regente D. Gaspar de Sobremonte Luogotenente de la Regia Camera, sita nella strada di Pizzofalcone di questa Fideliss. Città à proponere quel che l'occorre, che se l'amministrarà complita giustitia; Et acciò venga à notitia di tutti, ordinamo, che il presente Banno se publichi tanto nelli luoghi soliti, e consueti di questa predetta Fidelis. Città, quanto nelli* Bor*ghi, Distretti, e Casali di essa, e se ne affigghino copie in essi, e nelle porte de' Tribunali del Sacro Regio Conseglio, Regia Camera della Summaria, e Gran Corte de la Vicaria. Datum Neapoli ex eadem Regia Iuncta, die 28. Mensis Septembris 1657.*

D. *Gaspar de* Sobremonte, Io. Baptista Iouinus, Io. *Baptista Amendola, D. Esteuan de Carrillo, y Salçedo, D. Françiscus Ortiz* Cortes, *Vidit Fiscus.*

Gregor. Ferrarius Actuar.

27 Subijt animum cogitatio ob rei nouitatem, quæ odiosa sẽper fuit habita, & plena tristissimi euẽtus secundum Io. *Pichar. inter consilia Menoch. lib. 1. consi. 154. &* Diu. *Chrisostom.*
28 *Epist. 1. ad Corint. homil. 7.* ibi, *Nihil adeò animos pertubare, etiam si vtilitas sequutus a spectetur, quàm innouare aliquid, & à consuetudine alienum facere*, cum alijs adductis per *Hermosill. ad Schol. in Glos. 2 prolog par. 5. n. 162.* inq; intimo animæ penatrali ictum me sentij; dum ab inuidis, malignisq; delato-
29 ribus iniquo animo aduersus me affectis è voto accidisse agnoui, eorumq; calumnijs, & fallacibus impositionibus aditum adeò patefactum, vt nedùm ad maiores dignitates euehi impedimentum mihi præstiterint iuxta illud *Senec.* quod
30 refert *Bouadill.* in terminis *in Polit. lib. 5. cap. 1. lit. A. pag. 590. Ambitiosis non tam iucundum est, multos videre post se, quam*

graue aliquem ante se,] verùm etiam in honore, & fama lædere me fategerint, [aiente Tullio. *Quò maior est vis animi, quã corporis, eò grauiora sunt mala, quæ animo concipiuntur*] & agnoui omnia processisse ex eo, quod malignantium delationibus
32 fatis fuit delatum (Me prorsus inaudito) Bonè Deus? si Tu met manifestis peccatis fidem detrahis, & veritatem eorum indagare, ac scrutari satagis, nec vis ex clamore peccatorum, qui ad Cælum vsq; peruenit, ad punitionem deuenire de quo exemplum habemus in testamento veteri in *Genesi cap.* 18. il-
33 lic: *Clamor Sodomorũ, & Gomorrheorũ multiplicatus est, & peccatũ eorum aggrauatum est nimis, descendam, & videbo, vtrum clamo-*
34 *rem hunc opere compleuerint*; quantò magis superior terrenus, qui velut pater subditorum, & Magistratuum existimatur, detractiones Magistratuum non tam facilè admittere debet? vti perbellè abseruat post *Cassiador. Claudian. & Paul. Iureconsultum* D. *Franc. de Amaya lib.* 1. *obseruat. cap.* 1. quem refert *D. Larr. alleg.* 101. *n.* 12. *lib.* 2. quæ est peculiaris
35 ad insinuandum Principibus ne facilè delationibus aduersus Magistratus aures præbeant, quia optimi subiacent calũnijs, plura exempla de veteribus sæculis, & recentioribus ætatis mirificè tradens, & adnotauimus infra *n.*]
36 Quapropter cum de summa rei agatur, quippè quod nihil sit apud nos mortales, quod tanti debeat fieri, quanti honoris dignitas, atq; excellentia, quæ cæteris omnibus rebus huius sæculi antefertur, aiente *Consulto in l. Iulianus ff. si quis omissa caus. testam. l. reprehendenda*, vbi *Ias. notab.* 3. *C. de instit. & subst. Rol. cons.* 482. *n.* 3. *lib.* 5. *Curt. iun. cons.* 79. *n.* 3. *Corn. cons.* 162. *n.* 8. *vol.* 1. *Burs. cons.* 191. *n.* 13. *tom.* 2. *Ceph. cons.* 615. *n.* 89 *Crau. cons.* 795. *n.* 5. *& cons.* 830. *n.* 8. qui ex *tex. in l.*
37 *infamia C. de Decurion. lib.* 10. tradit *grauiorem esse famæ iacturam, quàm oculorum*, & nedùm vitæ humanæ æquiparari cen-
38 set *Consultus in l. iusta ff de manum. vindict. l. isti quidem ff. de eo, quod met. caus.* & *Imperator in* §. *suspectus autem*, verb. *Ob culpam institut. de suspect. tutor*, vbi *Glos.* Sed ipsemet vitæ anteferri consueuit à Sapientissimis, eminentissimisq; viris, secundùm *Capic. dec.* 5. *n.* 7. post *Bart. cons.* 1. *n.* 12. 13. *& seqq. Menoch. cons.* 94. *à n.* 1. *tom.* 1. *& cons.* 96. *n.* 15. *cons.* 98. *n.* 8.
& cons.

& cons.302.n.6 D. Larr.decis. Granaten.98. n.22.in fin. tom.
2. Gregor. Lopez in l. 4. verb. Las leyes tit. 13. par. 2. Cor-
dub in l.si quis à liberis in pri.sc. n. 34. ff. de liber. agnos.Vasq.
quæstst.Illustr.ca.18 n.13.Cald.Pereir.in l.si Curatorem, verb.
Cum non absimilis n.10.C. de in integ.restit. Escob.de purit.&
nobil.proban.quæst.1. proem.n.29.in fin.& alludit Cicero Philip-
39 pica 3. Ad decus,& libertatem nati sumus,aut hæc teneamus,aut
cum dignitate moriamur, Vndè iure merito Diuus Augustin. in
sermone de communi vita Clericorum relatus in cap. Nolo 12.
40 quæst. 1.inquit Crudelem in seipsum prædicari, qui suam famã,
& honorem negligit,& Apostol.epistol.1.ad Corinth.cap.9.inquit
Expedit mihi magis mori,quã vt gloriam meam quis euacuet, in
41 cuius famæ comparatione pro nihilo reputatantur mille
thesauri, & diuitiæ, vt ex veteri testamento Prouerb. cap. 22.
42 [Salamon omnium sapientissimus ità admonet, Curam habe
de bono nomine;hoc enim magis pertinebit tibi,quàm mille thesau-
ri prætiosi,& magni,] & Ecclesiast.cap.7.cap.ex merito 6. quæst.
1.cap.licet in B.Petro de accusat.Couarr.in regu.Peccatum par.1.
relec.n.6. P.Molin.de iustit.tom.5.disp.37.n.24.Et Diuus Am-
43 bros.lib.3.Officior.cap.4.inquit,Quis enim vitium corporis, aut
patrimonij damnum non leuiùs ducat,vitio animi,& existimatio-
nis dispendio? plura congerit Reg.Valenz.cons.92.n.1 & seq.
Escob.de purit.& nobil.prob.par.1.§ 3.per tot.Diuus August. lib.
44 de Ciuit.Dei cap.19. inquiens: Propriæ famæ esse consulendum,
non ob laudem humanam,sed ob aliorum vtilitatem, nè scil. malo
exemplo alios ad mala moueat. [& lib.de vita Clericor.illic: Duo
45 nobis fore necessaria; Conscientiam, & Famam; Conscientiam,
nostra sola causa; Famam,causa proximi, Menoch. tàm eruditè,
quàm doctè in 1.vol. consilior. cons.94. n.2.3.4. vbi Diu. Au-
gust.recenset in libell.de oper. Monachor.aientem,Nil esse mise-
46 ricordiùs,quàm bonæ famæ consulere;& iterum lib.de bono vidui-
tat. cap. 22. relatus in cap. Non sunt audiendi 11. quæst.3. Io.
Neuiz. lib.1. Silu.Nuptial. n 56. Ludou. Zunt.in respons. pro
vxore n.260.& seqq. Marc.Anton.Eugen.cons.90.n.52.vol.1.
Reg.Valenz.cons.102.n.52.& seqq.vbi pulchrè in materia lo-
quitur, multaq; notabilia congerit.] plura tradit Berart. in
specul.visitation.cap.25.n.1. vsq; ad 5. vbi adducit Diu. Tho-
47 mam quodlib. 10 quæst. 6. art. 13 admonentem, eum peccare,

qui

48 *qui famam suam negligit, cùm quandoq; boni ex diuina dispensatione incurrant infamiam, vt probentur, vel purgentur, vt in cap. sunt plurimi 6. quæst. 1. Luc. de Penn. in l. infamiæ, C de decurion. lib. 10.* pulchrè *Honded. consl. 107. n. 41. cum trib. seqq. Episcop. Ricc. in prax. for Ecclesiast. resol. 313. n. 2. Surd. dec. 59. n. 2. & 5. Farinac. consl. 141. n. 30. & 31.* vbi ex multis tradit, quod
49 honor vitæ præferatur, & in *prax. & theor. crim tom. 1. tit. 2. quæst. 155 n. 6.* ait, *honorem propriæ vitæ esse anteponendum, &*
50 *quem debere velle potiùs mori, quàm relinquere honorem suum. Hermos. in d. Schol. ad Glos. 2. prolog par. 5. n. 114.* Reg. *Sanfel. dec. 337 in Allegat. par. 3. n. 33. & seq.* inquiens, *maiorem esse*
51 *causam honoris tutandi, quàm vitæ, & ideò pro honore permitti vindictam, quæ aliàs prohibetur* per *tex. in l. scientiam, qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.*

52 Vndè factum est, vt *Adrian. quodlib. 11. in 1. supposito*, nuncupauerit famam, *Aestimationem dignitatis*, quia valdè ab omnibus æstimari debet; & *Liuius lib. 3. decad. 1.* inquit, *famæ damna maiora esse, quàm vt æstimari possint*, arrident exarata per *Ias. in d. l. reprahendenda notab. 3. C. de instit. & substit. Pelaez de maiorat. 1. par. quæst 51. n. 182.* cæteriq; relati per *Tiraq. de nobil. cap. 23. n. 1. pag. 196.* & secundùm aliam impressionem *pag. 141. Azeu. in l. 1. n. 56. tit. 6. lib. 6. Recop.* [Verùm
53 namq; est, imò verissimum, honorem, & dignitatem, viris bonis, inquam, & benè natis, summæ in primis curæ esse.]

54 Non abs re facturum mihi persuadeo, si ad detegendas calumnias, & conuitia, quæ à maleuolis Dom. Proregis aures contra me vellicantibus, falsis quidem insusurratoribus, pu-
55 tantibus se honorare, & purificare, eorumq; gesta magnifa-
56 cere cum aliorum infamia, & falsa macula, vt aliàs scripto tradidit *Diuus Hieron. in Epistola ad Nepotem.* ibi, *Vilium satis hominum est, & suam laudem quærentium alios viles facere, quia alterius vituperatione se laudare putant, & qui suo merito placere non possunt, placere volunt in comparatione malorum*, & tradit *Lipsius* satis concinnè in *Orat. de Calumniat.* in hæc verba, *Vnicum sapientium thesaurum, purissimam vitæ gemmam appetit ca-*
57 *lumniator assiduè, & subtrahere, aut maculare conatur omni fraude, commune enim hominibus est de alijs malè loqui*, teste *Seneca*

neca lib. de Moribus, Malè de te (inquit) *opinatur homines, benè autem loqui nesciunt, faciunt non quod merearis, sed quod solent ipsi homines, de malis loqui molestum, si quid mentiuntur, sic immeritò mi nimæ innocentiæ nunc maximè gaudet: apparet enim illos vera obiecturos si possent: Escob. de nobilit. & purit. proban.*
58 *par. 1. §. 6.* gestorum meorum, quæq; in iudicandi munere patraui facinora, præsertim grassante peste in florentissima Ciuitate Neapolis, Me adhuc eodem morbo laboráte, quidq; Calumniatores ipsi tunc effecerint, altiusculè materiam exordiendo, historiunculæ instar, papyro commendauero.

Et (vti *initio huius Respons.* præfati sumus) existente Me Aduocato quiq; quinq; lustrorum curriculo grauiora iurgia in Supremis Tribunalibus defendi, septem usq; modo inge-
59 nij mei monumentis in legali disciplina posteritati traditis, officia non ambiens, nec latum quidem vnguem à meæ Aduocationis fortunato munere elongari cogitans, Excellentiss. Comes Castrilli Regni clauum sustinens, vix sex eius Gubernij effluxis mensibus, non Tyronem, nec inexpertum, sed veteranum Me Militem in legali palestra exercitum, Serenissimoq; Regi nostro cognitum, dum infrascripto diplomate eidem Proregi directo, expedito à Supremi Italiæ Cōsilij Proceribus, patens fit.

E L R E Y.

60 *Illustre Conde de Castrillo Pariente, de mi Consejo de Estado, Presidente en el de Indias, nuestro Virrey, Lugarteniente y Capitan General; El Doctor Françisco Maria Prato, me hà referido, que es Abogado de los primarios en los Tribunales d' essa Ciudad, y que dessea occuparse en mi seruiçio en plaças de assiento en esse Reyno, y supplicame fuesse serbido de escribiros, para que me lo propongais en las plaças, que son à mi prouision, y teniendo consideracion à lo que el supplicante refiere, y à la buena relaçion, que tengo de sus buenos estudios, y escritos; Hè tenido por bien de encargaros y mandaros, como le hago, le tengais por muy encommiendado para ayudarle, y faboreçerle en lo que ay se le offreçiere conforme à sus partes, y meritos, y proponermele conforme à ellos en la varante de plaças, que son à mi probision, que yo lo holgarè, y serè ser-*

ferbido de lo que por el hizieredes, la presente reste al presentante. Datum en Madrid a 30. de Marzo de 1654.

YO EL REY.

Vidit Sobremonte Reg. Vidit Comes de Reg. Vidit Feloaga Reg. Vidit Brandolinus Reg. Vidit Anfalone Reg. Vidit Cantonus Reg.

Carate Secret. in partium Neap 23. fol. 27.

61 In Iudicem Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus, in quibus maximè verfatus eram, elegit, vti ex tenore diplomatis infrafcripti videre eft.

El Conde mi Señor ha nombrado à V. S por Iuez de la Vicaria Criminal, y me hà mandado dè à V. S. efte abifo para que lo tenga entendido, y mandefe acuda a la Secretaria por el defpacho. Nueftro Señor guarde à V. S. como deffeo. Palacio y Abril 30. de 1654.

Françifco Antonio Manzolo.

cuius officij poffeffionem feu quafi adeptus fui in die 15. Maij eiufdem anni, vti ex atteftatione infrafcripti Secretarij Magnæ Curiæ.

62 *Fit fides per me infrafcriptum M.C.V. Secretarium, qualitèr perquifitis libris Secretariæ M.C.V. Dñs V.I.D. Francifcus Maria Pratus vigore literarum patentium præfentatarum in dicta M.C.V. cæpit poffeffionem Iudicatus M C.V. in caufis Criminalibus in locum V.I.D. Alexandri Confaloni fub die 15. Menfis Maij 1654. & fub die 27. Iulij 1655. d. D. Iudex Francifcus Maria Pratus vigore ordinis S.E. acceffit ad M. C. in Ciuilibus in locum* D *Iudicis* Donati *Antonij de Marinis. Et fub die 23. Menfis Augufti* D. *Aloyfius Maria Macedonius cæpit poffeffionem Iudicatus Ciuilis in locum fupradicti Domini Francifci Mariæ Prati dicto die 23. Augufti 1657. & ad fidem, &c. Neap. die 5. Februarij 1658.*

Benedictus Comus Secr.

cumq; totum Meme addixerim ad id munus explendum, vt conceptam de me opinionem per Dominum Proregem om-
63 nes probarent, dum infirmitate detentus Domini Fifci Patronus tunc Honuphrius de Palma, poftea meritiffimus Cōfiliarius vacare nequiuerat, idem idem Excellentifs. Prorex

Me

Me in eius vicem suffecit, cui sanè muneri quadraginta diebus non sine magno labore, pluribusq; Responsis editis in Fisci iura tutando, incubui; Et dum pergerem ad iudicandū crimina biennio minimè peracto, innotuit aliud diploma directum Spectab. Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ die 20. Iulij 1655. eiusmodi.

64 *El Conde mi Señor hà resuelto, que el Iuez Donato Antonio de Marinis venga en lugar del Iuez Françisco Maria Prato, y este en lugar del dicho de Marinis, y an si la auiso à V. S. para que lo haga executar. Palacio, Iulio y 20. de 1655.*

Françisco Antonio Manzolo.

Fateor ingenuè, ægrè tulisse eiusmodi variationem quasi quod culpæ adscribi potuerit non benè ad munus iudicand in Criminalibus me gessisse, dum innotescebat omnibus, qua fide, quauè diligentia vsus fuerim; vndè supplicem portexi libellum eidem Domino Proregi, ità propemodum.

Excellentiss. Señor.

65 *De orden de V. E. me hà insinuado el Señor Regente de Vicaria, que yo dexando el puesto de la plaça de Vicaria Criminal, passe à serbir en la Cibil en lugar del Iuez Donato Antonio de Marinis, y el venga en la mia. Señor Excellentiss. Yo que sacrifiquè à los pies de V. E. mi voluntad, desde el dia en que mandò sirbiesse en plaça de Vicaria (en la qual nunca tube inclinaçion sinò en las plaças perpetuas de assiento acostumbradas darse à los Abogados de mi condiçion) de que Su Magestad (que Dios guarde) lo hà ordenado con su carta de 30. de Mayo de 1654.* (de qua modò memoriam habui) *por obedeçer à V. E. que encareçidamente me lo mandò, me sugetè de serbir aun en plaças menores en aquel dia, y oy mucho mas, aunq; piense que esta orden sea por gusto de V. E. la qual por su grandeça en todas ocasiones me honra, y faboreçe, toda via suplico V. E. como Señor tan grande, y iusto se sirba, que vn criado, y hechura suya con toda humildad rapresente sus raçones en esta materia; Este passage se entiende por el lugar de muy grande menos preçio de mi persona, y todos iuzgaran, que por nò haber açertado el seruiçio en plaça criminal, me den la cibil, y què ya (y es lo mas que siento) estoy caydo de la graçia de V. E. en tiempo, que hè procurado cumplir con la punctualidad debida, tra-*

154 municasse Iudicium Visitationis Proregibus, nec illud conuenire, quia rarò Principes eò vti debent, & *n. 20. & 21.* vbi idem asserit ex doctr. *Marc. Anton. Surgen. de Neapol. Illustrat. cap. 22. n. 6. in fin.* ibiq; de Prorege Neapolis loquitur, & *D.*
155 *Tap. n. 22.* refert id declaratum fuisse per Reges Inuictissimos Philippum II. & III. & literas ipsorum Regum describit *n. 148. & 151. & n. 147. vers. De his omnibus*, asserit fuisse per Supremum Italiæ Senatum de his actum, & per trinas cō-
156 sultationes Sua Maiestas de omnibus certiorata, & resolutum, Proregem non potuisse visitare Regios Ministros, attētis iuris communis dispositione, instructionibus, & literis Suæ
157 Maiestatis ad Proreges, stantibus etiam alijs declarationibus Suæ Maiestatis in alijs similibus casibus.
158 Et quamuis casus acciderint in Magistratibus perpetuis, tamen idem est in alijs inspecto defectu iurisdictionis Proregum in visitandi iudicio, & de *biennali Iudice. D. Ioseph Tra-*

bucco

bucco exemplum affert D.Tap.d.dec.3. n. 91. & n. 57. & seqq.
159 vbi infert quicquid fuerit actum per Proreges circa hoc, nullitatis labe esse maculatum.
160 Et fortiùs suadetur ex eod. *Reg.Tap.dec.1.Ital.n.43.* aiente, *quando agitur contra aliquem Magistratum via visitationis, huiusmodi causæ iudicantur in Supremo Italiæ Consilio, siue sit generalis, siue particularis visitatio, prout Ego vidi seruari, tempore quo in illo Supremo Tribunali Regentis munere fungebar,* & fuit dictum sup. *n.96.*& facit *Reg.Latr.consultat.101.n.17.* loquẽs
161 de suspicione Consiliarij, ibi, *Et quia erant capita, quæ Reg. Visitationem tangebant, ideò non fuerunt admissa.* Et profectò mirandum quomodo nedum aduersus Me insurrexerit Iun-
162 cta in editione, & publicatione bannorum per viam visitationis, sed etiam ad sententiæ prolationem deuenire insinuauit, quasi quod summam Regis *Maioriam* repræsentaret, quo quid absurdiùs? mox demonstrabimus *n.197.* vers. *Neq; excusabit eos.* Vno notabili addito, nè è memoria excidat, vt me-
163 ritò quispiam mirãdum putet qualiter Fisci Patronus Regalis Patrimonij, qui se faciens fiscalem Visitationis, composuit banna, eisq; subscripsit se, tamq; accuratè anno cum dimidio iam effluxo ad Me inquirendum summo studio vacauit, vtq; suo muneri faceret satis, omnem mouit lapidem, vt mea manifestarentur crimina per Iunctam indicata, verbum nullum euomuit nè Iudicium visitationis contra Me instrueretur, quando illi haud abscondi poterat, eiusmodi Iudicium, ac Iurisdictionem visitandi Magistratus ad solum Regem pertinere, deq; eius *Maioria* agi, quæ ossibus infixa est Regis, vti ex multis fundauimus d. vers. *Neq; eos excusabit,* idq; præcipuũ
165 esse munus Fisci Patroni omnia Regalia Principis defen-
166 dere, ac tueri, ac ideò causas Regalium fiscales esse, plenè probat *D. Alfaro de offic. Fiscal Glos.* 20. *per tot.* & post *Auiles, Bouadill. Petr. Gregor. & Mastrill.* tradit *D. Amaya in rubr. C. de iur. fisc. lib.* 10. *n.* 24. ijsq; relatis edocuit insignis *D. Larg. allegat. fiscal. cap.1. liba. n.8.* vers. *Sed generaliter circa finem,*
166 vbi inquit, *Omnia quæ pertinent ad Regem, vel sicut Regem, vel sicut Philippum, fiscalem defendere teneri.*
167 Fortè consultiùs putauit sibi futurum (Me in publico sin-

F di-

dicatu liberatum, in Iudicio Visitationis Reum facere) quàm
Regis *Maioriam* tueri, quod peculiare suum erat munus, cum
168 pinguius patrimonium Rex non habeat, quàm supremam
illam dignitatem ossibus infixam, inter Regalia descriptam,
sub excelso *Maioriæ* nomine contentam [Sunt namq; Rega-
169 lia Principis quodam quasi corpus, quod minimo quoquo
dempto membro monstruosum efficitur, vti post *Bald. Affl.*
Rolan. à Vall. Boss. & Prukman. scribit *Gullielm. Antonij de re-*
script. morator. tit. 2. concl. 2. n. 54. & vti satis lepidè docet *Reg.*
Tap. in rubr. tit. ff. de constit. Princip. cap. 4. n. 6. resident illa tan-
170 *quam hypopodium, seu scabellum pedum suorum*; hinc est, quod
si quis contrarium prætendit, tenetur ostendere titulum, in
171 quo fundatur, de quo apud *Hispanos est, l. 2. tit. 1. lib. 4. Re-*
copilat. & in vsib. feudor. insinuat *tex. in cap. vn. Quæ sint regal.*
& est *tex. in §. Nos igitur, Authen. de defensor. Ciuit.* & docent
abũdè *Couarr. in pract. quæst. cap. 1. n. 9. Azeu. in l. 1. tit. 1. lib. 4.*
172 *Recopil. n. 16.* & ad ip potest compelli secundùm *Aluar. Va-*
lasc. de iur. emphit. quæst. 8. n. 21 Nec Aduocatus contrarium
allegans, est audiendus, vti ex *Boer. dec. 8. n. 2* testatur *Auen-*
dan. de exeq. mandat par. 1. cap. 1. n. 7. & Azeu. vbi proximè D.
Larr. alleg. 52. n. 44. lib. 1. Hinc extollendum semper dixerim
173 insignem Fisci Patronum *D. Io. Bapt. Larr.* quę vltra ea, quę
asseruit de officio Fisci Patroni *alleg. 52. lib. 1.* cum viderit
aduersus Magistratum Hispanum magni nominis à litigato-
ribus delationem factam de crimine, quod illi obijciebãt, fal-
sè, & calumniosè, quia illos in lite damnauerat, & ex accusa-
tione, fama, honor, & vita Magistratus potuisset periclitari,
174 calamum pro illo arripuit, insinuauitq; maximè Reipublicæ
expedire, ac oportere Principem de Magistratu peculiarem
175 curam habere, vt eorum authoritas sustineatur, & conser-
uatur, ea potissima ratione, quia in Magistratuum decore, &
176 authoritate spiritus iustitiæ, & Regni essentia conseruatur,
quæ velut corporis vita, absq; afflatu, ità sine Magistratibus, &
iustitia, Regna moderari nequeunt; ex *Aristot. lib. 4. Politic. cap.*
4. Dionis. lib. 51. Isocrates in Rapsodia cap. 18. Mastr. de Magi-
strat lib. 5. cap. 3. n. 40. vbi multos Authores congerit, aliosque
plures *D. Larr. alleg. 51. n. 2. & per tot. lib. 2.* & de Me iniustè

ca-

calumniato fidem præstat decretum Iunctæ prolatum post biennium calumniæ propositæ *n.*] & secundùm eundem eundem *Mastr. d. lib. 6. n. 6.* constituuntur in Regno Siciliæ singulis viginti annis, in Regno Neapol. annis itidem viginti, & in Ducatu Mediolani totisdem alijs, & licèt Visitatores generales constituantur, ipsisq; concedatur amplissima potestas
177 ad visitandum Officiales perpetuos, & omnes alios sibi benè visos, eo modo via, & forma publica, vel secreta, quæ sibi meliùs expedirè videtur, ad *tex. in l. 1. ff. de iur. delib l. si fideicommissaria libertas la 2. ff. de fideicom. libert. Gemin. cons. 73.* & ex multis *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 1. quæst. 8. n. 1. cum seqq.* concedendo pariter vices, & voces Regias, quæ liberam, & absolutam potestatem ostendunt, secundùm *Bart. in l. creditor, §. Lucius, ff. mandat.* cum alijs relatis per *Menoch. loc. cit. quæst. 7. n. 62. cum seqq.* [At in thesi mea D. Prorex nullum adduxit titulum, ex quo fundari potuisset facultas illi data procedendi contra Me iudicio visitationis, quæ ad solum Regem in signum Maioriæ spectat, & Fiscalis in nihilo replicauit, imò tacitè consentit Domini Regis potestatis nõ parum, & mihi plusquam satis ex suo silentio, quod in consensum fuit habitum, præiudicando,] & quicquid fecit Iuncta, non vti Iudex, sed vti persona priuata egit ad tradita per *Reg. Valenz. cons. 112. n. 36.* vbi iura, & Authores expendit.
178 Nec iurisdictionem aliquam habent Visitatores generales à Rege cum magna præheminentia constituti (vti præfati sumus) nisi prius, & ante omnia congregato Ciuitatis Consilio coram Domino Prorege (vti vidimus in Regno) literas Regias suæ commissionis ostendant, & offerant, nam ante commissionis præsentationem nullam habent Visitatores iurisdictionem, ad *Glos & DD. in cap. Cum iureperitus de offic. delegat. cap. vt debitus de appellat. Felin. in cap. cæterum de rescr. Gabr. de except. reiiud. conclus. 3. ampliat. 2. Mastr. de Magistrat. lib. 6. cap. 3. n. 1.* post *Cumiam in prax. de Sindicat. cap. 1.* vbi inquit,
179 nequidem sufficere si præsententur litteræ commissionales, nisi pariter per Officiales eiusdem loci exequantur, secundum *Aretin. in l. etsi sua col. 1. vers. Ex his infertur, ff. de acquir. hared.* & de *Mastrill.* meminit *Gabriel Berart. in Specul. Visitator.*

tator. cap. 4. *n.* 1. *&* 2. ſubdens eiuſmodi forma non ſeruata,
180 impunè ei reſiſti poſſe, ſecundùm doctrinam *Angeli, & Petri de Souſ. in l cum furioſus, ff. de iu d.* per *l. indultum, C. de iur. fiſc. lib.* 10. & adeò patens fit, quemlibet Magiſtratum ante
181 omnia debere præſentare literas ſuç commiſſionis, *ad Gloſ.* celebrem in *l.* 2. *C. de iure fiſc.* quàm exornat *Io. Vinc. Ann. alleg.* 24. videndus, qui Rotæ determinationem affert, loquens in Iudice delegato, & *alleg* 143. verba faciens in Iudice ordinario, vt nunquam ſuper hoc fuerit, qui hæſitauerit, facit *Guid. Pap. dec.* 322. & eſt *tex.* ſingularis *in d. cap. cum in iureperitus, Gloſ. ſuper mandato, de offic. deleg.* [*Carol. de Graff. de effectib. clericat. effec.* 1. *n.* 34. verſ. *Tertiò aduertendum eſt*, vbi de *Anna* memoriam habuit, ibiq; per quatuor numeros ſeqq. infraſcriptas cõcluſiones poſt multos comprobat, nempè quod
183 quando Iudex laicus, vel Princeps aſſerit ſe habere mandatum, vel reſcriptum Apoſtolicum, delegatione ſibi facta de cauſis ſupradictis, tenetur illud oſtendere antequam incipiat eius iuriſdictionem exercere. Nec ei ſi aſſerat eſſe credendũ, etiamſi eſſent Nuntij Apoſtolici, vel Legati Principũ, quod-
183 que ante præſentationem reſcripti nullam habent adminiſtrationem, nec iuriſdictionem, ac etiam quod proceſſus factus ante præſentationem commiſſionis ſit nullus, etiam ille ſciret ſe eſſe Delegatum, & tandem, quod ſi Delegatus citaret ante præſentatam commiſſionem, contumacia ex tali citatione inducta ſit nulla (quæ omnia rei præſenti collineant ad viuum) & DD. multos aggregat.]
185 Qua de re non potui non turbari ex rei nouitate, & fortaſſis mecum Vrbs tota, dum nullo exhibito actu commiſſionis, ſeu iuriſdictionis, Iuncta bonorum vacantium, iudicio Viſitationis contra *Me* eſſe proceſſuram, ac ſententiam prolaturam præconia tulit, eaq; in Ciuitate, & Suburbijs affigi iuſſerit, ac pariter mihi iniuriam inferendo in fama, & æſtimatione, nullam habens iuriſdictionem procedendi contra *Me*, abſolutum in ſindicatu, ſicuti perbellè tradit *Reg. Valenz. conſ.* 176. *n.* 24. *l. iniuriarum*, §. 1. *& l. quæ iure, ff. de iniur.* addens *tex. in l. iniuriarum actio*, §. *ſi quis de honoribus, ff. de in-*
186 *iur.* vbi *Angel.* inquit Iudicem actum iuriſdictionalem vti

Iu-

Iudicem exercentem, non præsumi animo iniuriandi fecisse, in eo sensu esse accipiendum quando iurisdictio erat certa, & radicata ad actum de quo agitur, nam tunc excluditur iniuriæ præsumptio, *l. qui restituere. ff. de reiuen. l. contin*ˢ*t, ff. de eo quod met. cau. l.* 32. *ff. de iniur.* ibi, *Nec magistratibus licet aliquid in-*
187 *iuriosè facere, siquid igitur per iniuriam fecerit Magistratus, vel quasi Priuatus, vel fiducia Magistratus, iniuriarum potest conueniri, l. quemadmodum*, §. *Magistratus. ff. ad l. Aquil. Gamm. dec.* 36. *n.* 1. *Petr. Gregor. de appell. lib.* 1. *cap.* 5. *n* 12. *Gram. dec.* 40. *n.* 12. *Cicer. lib.* 1. *Epistol ad Quintum fratrem epist.* 1.
188 Proin: receptum est, quod quando iurisdictio est limitata ad certum casum, locum, summam, vel personas, nullo modo potest extendi secundum *Bal. in cap. ad hoc col.* 2 *de pac. iuram. firman. Innoc. in cap. cum dilecti de Cappell. Monachor.* *Castren. cons.* 3. *n.* 7. *& cons.* 20. *n.* 2. *par* 1. *Auendañ. par.* 1. *Prætorum cap.* 19 vers. *Et quandocumque*, vt nimirum si nullitas proueniens
189 ex defectu iurisdictionis possit quocumq; tempore allegari etiam contra tres sententias conformes, vti tradit *Couarr. practicar. cap.* 25. *n.* 4. vers. *Septimò his accedit*, adducens post alios *d. clem. vnic. de sequestr possess. & fruct. Glos. Nõ obstante.*
190 [Hic etenim defectus iurisdictionis insanabilis, & insuperabilis dicitur secundum *Vant. de nullitat. ex defect. iurisd. n.* 6. Vbi inquit quod licèt contra tres sententias conformes non
191 possint opponi aliqua exceptio, donec fuerint exequutioni demandatæ, *clem. vt calumnijs de re iud.* tamen poterit opponi exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis, *Scacc. de appellat. quæst.* 17. *limit.* 19. *n.* 2. *& seq. Guazzin. Ad defens. Reor. desẽs.* 1. *cap* 1. *n.* 1. *& plurib. seqq* cum alijs modo adductis *nu.* 94.]
192 Et exercens iurisdictionem sciens eam sibi non competere committit delictum ad tradita per *Reg. Valenz* post alios *cons.* 176. *n.* 28. Nam iurisdictio est iuris publici, *l.* 1. §. *huius studij*, *ff. de iustit. & iur. & tot. tit. ff. & C. de iurisd. omn Iudic.* & qui illam non habet, exercere nõ potest, *Menoch. lib.* 2. *de arbitrar. cas.* 488. *n* 1. *Abb. in cap. Cum dilectus n.* 4. *&* 5. *de religios.*
193 *domib.* inquiens quod quasi possessio iurisdictionis iniustè habita, non causat actum validum, *Capyc. dec.* 209. *n.* 4. 5. & inferiùs adnotabimus similia *n.* vers. *Quidquod.*

Et

194 Et sic dum in bannis vti Visitatrix Iuncta verbis contumeliosis me prouocat tenetur eadem actione iniuriarum, *Præpos. in cap. sanè n. 1. dist. 45. Crau cons. 127. n. 2. Ceph cons. 189. n. 3. vol. 2.* & insinuat *Consult. in l nec Magistratibus in fin.* ibi, *Quod si ex minoribus Magistratibus erit, idest, qui sine imperio, aut sine potestate sunt Magistratus, etiam in ipso Magistratu posse eos conuenire*, prout ex prædictis iustè fuisse puni-
195 tum ad quærelam fiscalis Ecclesiastici Legionis per Vicariũ Generalem illius Episcopatus pro vsurpata iurisdictione trãdit *Reg. Valenz. d cons. 176. n. 34.* vers. *Et est multum conside-*
196 *rabile*, puniendosq; & castigandos esse qui in alterius præiudicium vsurpauerunt iurisdictionem, quæ ad eos non spectabat, post *Vant. de nullitat. ex defect. iurisd. n. 43.* aientem
197 esse puniendum Iudicem si cognitionem alteri debitam sibi vendicaret, tradit *Testay d. alleg. 9. n. 216.* vers. *Debent etiam.*

Neque excusabit eos, si asserant quod ipsi processerunt de ordine Excellentiss. Proregis, Nam præterquàm quod de tali ordinatione, seù commissione non apparet in Banno, & de ea priùs constare debebat, vti abundè supra probauimus *n. 118.* vers. *Nec iurisdictionem*, & modò subnectimus in ter-
198 minis de Prorege volente via visitationis procedere contra Magistratus, nullatenus agere, nisi priùs ostendat literas suæ commissionis, & suam iurisdictionem firmet, antequam procedat per *tex. in l. vnic. C. de mand. Princ. cap. final. 97. dist. & in d cap. cum in iure peritus*, vbi per *Inno.* & pluribus confirmat D. *Reg. Tap. d. dec. 3. Italiæ n 61.* vbi agit de potestate Proregis
199 in visitãdo, quæ nulla est, nec fuit, nisi à Rege specialiter delegata fuerit, de qua non modò Iuncta non docuit, sed nec etiam de ordine Proregis certum quid tradidit, ad hoc vt potuissem mea iura proponere coram ipso, Nam est scitum Vi-
200 sitatorem à Rege tantùm cligi, non autem à Proregibus, sicuti pariter fundauimus *n. 116.* vers. *Rursus*, quod adeò verum est, vt *Reg. de Pont. de potest. Proreg tit. de elect. Official. §. 7. per tot* desiderio desiderauerit Visitatoris officium com-
201 mittendum Excelentiss. Domino Proregi tum ad extirpandas maximas Regalis Patrimonij impensas, cùm ad euitandas iurisdictionum controuersias, quę insurgere cõsueuerunt

inter

inter Dom. Proregem iurisdictionem ordinariam habentem super omnes, & Visitatorem in causis omnium Magistratuũ particularem delegatum destinatum, ad *tex. in l. 1. C. de offic. Praef. Vrb.* cum alijs traditis per *Surd. cons. 56.* quem refert *Mastr. d. lib. 6. cap. 1. n. 19.* vers. *Huiusmodi Visitatoris officium.* [Id quod obseruauit *Additio ad D. Reg. Rou. in prag. 1. de sindicat. Official. lit. A. pag. mihi 702. col. 2.*] vnde patet D.
202 Proregem non esse Visitatorem, nisi quatenus à Rege constituatur, & omnia peracta aduersus Me per Iunctam Fisci Regalis patrimonij instante, nulliter processisse, nullatisque vitio subiacere, vti [Perbellè monet *Thes. Iunior in suis forensib. cap. 91. n. 2. lib. 3.* inquiens Edicta contra ius legale, &
203 statutarium, siuè contra ius supremi dominij, & in praeiudicium authoritatis directi domini, virtute alti dominij, superioritatis reseruatae (quae omnia rei praesenti adamussim quadrant ex modo traditis) fuisse declarata nulla, vti videre est in *d. cap. 91. n. 5.* per Senatum in causa *Dominorum Valdenghi, & Auiglani.*] & post alios tradit *Reg. Rou in Prag. 11*
204 *de Conseruator. n. 11.* & non apparente potestate visitandi debebat replicare, hocq; spectabat ad Fiscale; tãto magis, quia vt inquit *tex. in Auth. Vt Iudic. sine quoq; suffr. §. 1. coll. 2.* ibi,
205 *Princeps videre habet, nè subditi à Iudicibus, vel Officialib. aggrauetur, vel malè tractetur,* & vt inquit *Bouad. in Polit. lib. 5. c.*
206 *1. n. 19. lit. E.* querelę mouere debent Principẽ ad remediũ imponendum, vt in *tit. de prohibit. feu. alien. per Lothar. cap. Imperialem,* ibi, *Per multas etenim interpellationes ad nos factas didicimus, &c.* Cum igitur nullae aduersus Me querelae, nec interpellationes processerunt, debebant replicare, & illas ex-
207 petere, ac etiam de incompetentia iurisdictionis certiorare D. Proregem, quem Rex noluit facere Visitatorem Magi-
208 stratuum, quia Visitatio Magistratuũ est de reseruatis Regi in recognitionem directi dominij, & supremae potestatis,
209 [nam vtique spe certa duci potuerim, quod facta sibi de hoc relatione, ad vlteriora progredi non permisisset, ne sciens in nullitatem actus incidere videretur, ex dictis per *Loffred. cons. 47. ex n. 1. cum seqq. Gozad. cons. 16. n. 4. Ruin. cons 168. n. 25. lib. 2. Socc. iun. cõs. 77. n. 84. & seq. lib. 1. Osasc. dec. Pedem.*

166.

166.n.2. abundè *Mierez de maiorat. par. 1. quæst. 6. ex n. 8. cum multis seqq. & quæst. 78. D. Salgad in Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 37. n. 8. cum seqq.*] nec Princeps videtur concedere
210 ea, quæ concedi non possunt, nisi de plenitudine potestatis, nec præsumitur concedere non concedenda, nec quæ cum difficultate concedi solent, vti perbellè post *Rip. in l. obligatione generali in princ. ff de pignor. Foller. in Constit. Regn. Præsenti constitutione 1. col.* vers. *Notaturq; ex hoc tex. pag 112. & Parid. de Puteo. de sindicat.* verb. *Excedunt*, tradit *D. de Franch. dec. 275 n. 8. & n. 5.* eamq; iurisdictionem *Maioriam* vocant Hispani, vti asserit *Couarr. practicar. cap. 4. n. 1.* eò quod propriè
211 ad Supremam Principatus cognitionem pertineat, pluribus iuribus allatis ad id probandum, *Auendañ. de exeq. mãdat. reg. lib. 1. cap 1. n. 12. Luc. de Penn. in l. quicumque, col. 1. de fund. limitroph. Reg. Sanfel. dec. 62. n. 74. & seqq.* vbi in terminis plura tradit ad probandum, Visitationem Magistratuum esse re-
212 seruatam soli Regi, imò ius esse personalissimum ossibus ipsius quodammodò affixum, *Cabed. dec. 40. par. 2. Reg. Tap. dec. Italiæ 2. n. 38.* [Quinimò passim traditum est, ac quasi per
213 manus, nequidem posse Principem, sibi ipse potestatem, superioritatem, & iurisdictionem auferre, *Reg. Tap. in Rubr ff. de Constit. Princip. cap. 4. n. 16. Peregr. cons. 1. n. 12. vol 1. Rimin. iun. cõs. 13. n. 82. Menoch. lib. 2. de arbitrar iudic. cas. 1559. n. 6.*
214 Sed exuiscerantem Principatus sui viscera, propriæ dignitatis fieri homicidam, tradit *Lasher. de censib lib. 1 cap. 16. n. 28. Thom. Michael de iurisd. thes. 15. lit.* B. *Prukmam cons. 13. n. 10. vol 1. & in cap. 1. tit. Quæ sint regal. cap. 5. n. 4. Cardin. Tusch. practicab. conclus. lit. A. concl. 336. n. 12. Baeça de debitor. inop. cap 2. per tot.* vel saltim, vt ait *Guillielm. Antonij de rescript. morator. tit. 2. concl. 2. n. 54. circa med.* hoc modo mutilando se sua
215 potentia, efficere vt dextra sibi præcidat sinistram,] Quod cum non effecerit illi tribuendum, qui potestate carens sese Visitatricem in graue meæ æstimationis, & famæ iacturam, constituit, arg. *tex. in cap. in tantum*, & *cap. temerarium 21. dist.* & est *tex. in l. 1. & 2. ff. si quis aliquem testar. prohibuer. l. veteres, ff. de itiner. actuq. priuat. l. Paulus, D. de damn. infect. cap. vltim. de immun. Eccles. lib. 6. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudic. cas. 354. n. 3.*

n.3.*Rom.conf*.522.n.6. quorum (ad thesim nostram) meminit *Reg.Valenz.cons*.176.n.35.vol.2.

216 Quibus adamussim quadrant, quæ tradit *Io. Philipp.Testay alleg.9.n.52.* inquiens Iudices debere replicare Superiori, & Principi referre non esse iuri consonum, quod ab illo mandatur, de quo factus est *tex.in l.si vindicari,C.de pœn.cap.apud Tessalonicam 11.quæst.3.Maran.disp.1.n.13.& 16.* vbi allegat notab.*tex.in Authen.Vt nulli Iudicum,§.quoniam*,ibi, *Et Consiliarij simile sustinebũt supplicium, Rom.sing.289.Alban.interpet.l.1.ff.de offic.assessor.* vbi dat rationem, *Gram.in Addit.ad Cap.Regn.in Rubr.Quod non capiantur sine consilio, pag.128. Auiles cap.1. Prætor.verb. A las partes, n.31.* vndè cum non

217 fecerit, dicitur excedere Magistratus sui debitum, *Paris de Put.de sindic.tit.de excess.consil.cap.1.* [Nec Rex noster Po-

219 tétissimus aures claudit Ministris prudentèr replicantibus; quinimò hanc esse notam optimi Regis docet Politici omnes, plenèq; *Ianus Gruterus ad Tacitum lib.1. Annal.* vbi omnium ætatum, nationum, & linguarum exemplis hoc probat, eiq; se subscribit *Cæsar Caren resol.174.n.7.*]

219 Et si omittat Officialis facere, quod ad eius officium spectabat, scilicet saltim dicere, quod iure constitutum erat, & quid fiendum, dicitur esse in dolo, secundùm *DD*.communiter *in l.diem functo*, vbi *Cagnol. n.54. ff.de offic.assessor.Foller. super Prag.de Sodom.n.45.* vndè probata iniustitia proceden-

220 di censetur probatus dolus, *Mascard.de probat.concl.532.* verb. *Dolus n.4.* Et in Iurisperito præsumitur dolus secundùm *Parid. de Put. de sindic.cap.1.* verb. *Assessor n.14. Bal.in l.1.n.13.ff.quod quisq;iur.Contar. de possess.limit.10.n.56.* vbi de

221 communi, ea ratione quia acceptando officium iudicandi videtur asserere se peritum, & non potest allegare ignorantiam, & est casus *Angel.de malefic.*verb.*De consensu*, quod lata

222 culpa æquiparatur dolo ratione officij, & punitur ex lege requirente dolum, *Borrell.cons.23.n.37.* vbi quia sciebat, scire poterat, vel debebat, quid fieri iura decernebant.

223 Princeps etenim vult omnes suos actus regulari à iustitia, secundùm *Bal.in l.1.n.1.ff.de Constit.Princip.* vbi *Ias.n.3.* Nec

224 Principi præsumitur placere, nisi quod iustum est, *cap.si quã-*

G do,

de, §. fin. de resor. cap. super eodem de crim. falf. l. fin. C. si contr. ius, vel vtilit. publ. pluribus ornat *Bouadil. in Polit. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 18. *circa med. & cap.* 20. *pag. mihi* 99.

225 Et licèt adduci possit ex Aduerso determinatio relata per *Reg. de Pont. dec. Collater. Consil.* 26. in qua sustinet, & decisum tradit Proregem contra liberatum in sindicatu posse procedere etiam per viam inquisitionis enucleando Pragmaticas Sanctiones, & Capitula desuper in Regno edita. Attamen casui nostro non est applicabilis, siquidem idem *D. de Pont. n.* 8.
226 tradit fundari decisionem ex eo, quod respectu publicæ offensæ Princeps est Iudex, qui quantumuis concedat generalē iurisdictionem, tamen cum hæc sit de supremo dominio, nun-
227 quam intelligitur translata, ex regula *tex. in cap. quò ad translationem de offic. legat.* & quando est facta concessio iurisdi-
228 ctionis non ob hoc censetur inclusa iurisdictio Superioris vniuersalis, nisi specificè hoc sit dispositum, ex dictis *Butr. in cap. cum contingat n.* 10. *vers. Nota de for. compet.*

Quæ sanè iura comprobant modò per Nos exarata, & sic suadent posse procedi per viam inquisitionis contra eum, qui paruit sindicatui, & obtinuit literas liberatoriales; sed in ijs ta-
229 men casibus aditum sibi parant quando nouæ superuenerunt probationes, secundùm *Farin. de inquis. quæst.* 1. *n.* 1. *&* 2. post *Clar. in pract. crim. quæst.* 57. & alios per multos *Dom. de Pont. ibid. n.* 15.

230 Itidem: quando per Sindicatores fuit collusiuè processum in liberando eum, qui sindicatui se submisit, *Brunor. à Sole quæst. legal.* 57. *n.* 52. *& seqq.* quem sequitur *Farin. d. n.* 2. vers.
231 *Et si rursus.* Vel si quis fuit per Sindicatores condemnatus ad minorem pœnam delicto non condignam, vti tradit *Boss. in pract. crim. tit. de senten. n.* 79. *Carau. in rit. Magn. Cur.* 272. *n.* 24. *post med.* vers. *Etiam si minus sufficiēter punitus esset, Boer. dec.* 289. *Eugen. cons.* 64. *n.* 12. 37. 38. 84. *& seq.*

232 Nec procedunt quando quis vti innocens liberatur teste eodemet *Reg. de Pont. d. dec.* 26. *n* 15. *vers. Nō autem.* Vel quā-
233 do Sindicatores processerunt per viam inquisitionis generalis, nam tunc non poterit amplius inquiri per Regiam Curiam, etiam ex officio (sicuti est casus noster (vti ex eodemet

D. de

D. de Pont. d. dec.26. n.21. obseruat doctissimus Iuris Regni Enucleator *Reg. Rou. in prag.1. de sindic.official.n.25. vers. Et quando.*

234 Ast contra *Me*, nedùm nouæ minimè superuenerunt probationes post obtentas literas liberatoriales, vt omnibus innotuerit nullam fuisse expositã quęrelam, nec per Dominos Electos collusiuè fuisse processum; siquidem publicis præcedentibus præconijs sindicatui me subieci, & omnes alij casus prænotati suppetias mihi tulerunt, vt *decisio D.de Pont.* minimè verificari queat.

235 Sed funditùs intuentès, decisionem *D.de Pont.* dicimus illũ non asserere, quod D. Prorex iusserit procedi in vim visitationis, quia clarum est Visitatores à Rege tantùm eligi posse, vti punctuatim tradit *Mastril. de Magistrat. lib.6.cap.1.n.26.* vers. *Hi autem Visitatores tom.2.* quem sup. attulimus *n. 116.* vers.

235 *Rursus*; quę conclusio ex eo manare dignoscitur, quia Princeps etiam in amplissima concessione iurisdictionis, non videtur concedere ea, quæ Supremum concernunt dominium, ad tradita per *Alber. in l. fin. C. de iurisd. omn. Iudic. Couarr. practicar. cap.4. in princ. & in l. contra publicam, C. de re milit. & in l.1. C de priuil. Scholasticor. & in l.1. C. de veteran. lib. 1. Reg. Constan in l. vnic C. de pœnis fiscalib. creditor. præfer. lib.1. n.95. D. Larr. alleg fiscal. cap.110. n.26.* vers. *Rursus.*

236 Modò euidentiùs: clauum clauo trudimus, Quis poterit asserere *Reg. de Pont.* loquutum fuisse in *d. dec. 26.* vt possit Prorex visitationis iudicio coercere Magistratus; si Ipsemet in *tract. de potest. Proregis, tit. de elect. offic.* §.7. quem adduximus *n.198.* vers. *Neq; excusabit*, insinuat expediens fore vt in Regno Domini Proreges essent Visitatores ad plura incommoda euitanda. Stat igitur, non illius opinionis extitisse *D. de Pont. in d. dec.26.* nè Doctor tam eminens sibi ipsi contrarius

237 in eadem thesi videretur, & vsus, & practicata Consuetudo Nos erudiuit passim Visitatores à Rege creari in hoc, & cæte-

238 ris eius Regnis peculiari Fisci Patrono semper Hispano, omnibusq; alijs Officialibus Visitationis Tribunali deseruientibus *Reg. Sanfel. dec. 62.* quæ est *Allegatio n.74. & seqq.* vbi ad fundandum propria verba ipsius *D. Reg. de Pont.* transcribit,

tantùm abeſt, vt in contrarium adduci queat.
239 Nec obliuioni tradendum, quod *deciſio 26. D. de Pont.* proceſſit in Auditoribus Prouinciarum, non autem in Iudicibus
Magnæ Curiæ Vicariæ, qui iuſtitiam miniſtrant in Ciuitate
240 Neapolis coram Prorege, & omnibus alijs Tribunalibus
Superioribus, qui ſingulis hebdomadibus de grauaminibus
241 relationem faciant in Sac. Conſ. à decretis interlocutorijs,
& in diffinitiuis in eodem Sac. Conſ. committuntur cauſæ per
viam appellationis, vt benè proceſſerit eſtatum eximij illius
242 viri, ac præcipui Domini, & Præceptoris mei ſemper extollendi *Ill. D. Franciſc. Merlin. Marchion. Ramon. ac Sac. Conſil. Præſid.* Iudices Magn. Cur. eſſe ſindicatui, & viſitationi ſubmiſſos qualibet hebdomada.

Præterea: in Bannis aſſeritur adeò repetitas fuiſſe querelas contra *Me* ob expeditionem præambulorum coram S. E.
143 tempore peſtis. [Patet ergò nimis vagè, nullo ſpecificato in
preambulis crimine, nec culpa, aut negligentia, dolo, lata, aut
leui culpa inſinuata, fuiſſe proceſſum contra *Me*, omni iure
refragante, de quo eſt *tex.* appoſitus *in l. libellorum. ff. de accuſat. in l. Prætor 7. in princ. ff. de iniur.* in hæc verba, *Qui agit iniuriarum, certum dicat, quid iniuriæ factum ſit: quia qui famoſam*
244 *actionem intendit, non debet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimaiionis, ſed deſignare certum, & ſpecialitèr dicere, quam ſe iniuriam paſſum contendit, Et in l. in cauſis*, & ibi *Gloſ.* verb. *Secretarium, C de accuſ & in iure ſeptempartito, eſt l. 13. tit. 1. part. 7.* vbi *Gregor.* verb. *La acuſacion*, & *in l. 5 tit. 20. lib. 4. fori*, & *l. 4. tit. 2. lib. 4. & l. 1. & 11. tit. 7. lib. 9. Recopilat. Bart. conſ. 193. col. 1.* & in *Extrauag. Ad reprimendum.* in verb. *Per inquiſitionem, Abb. in cap. fin. col. pen. de purgat. canon. Bal. in l. vn. col. 11. C. de confeſſ. Alex. in l. edita in princ. C. de eden. & in conſ. 32. col. 4. vol. 4.* elegantèr *Maran. in Specul de ordin. iudicior. 6. par. tit. de Inquiſit. n. 35 & 37.* vbi poſt *Bal. in conſ. 259. col. 1. vol. 2.* & plenè *Gregor. vbi ſup.* tenet, quod *d. l. Prætor.* loquitur etiã in inquiſitione, idemq; placuit *Angel. in l. ſi vacantia, C. de bon. vacan. lib. 10. Scacc. de mercatur. 4. par. pag. 232. n. 1.* & ibidem *in tit. mandati n. 39. in fin. pag. 194. Boſſ. in pract. tit. de inquiſit. n. 90. pag. 55.* & ex alijs fundat *Azeu. in d. l. 4. Recopil. n. 9. & ſeqq. tit. 2.*

Iiſq;

245 Ijsq; benè perpensis hanc sustinet veritatem *Bouadill. in Polit. tom. 2. lib. 5. cap. 1. tit. De la residen. y pesquisa secreta, rub. De los cargos generales*, his verbis.

Tampoco se deuen hazer cargos generales, sin especificaçion de casos, y hechos particulares, y ciertos, como seria el cargo de que el Corregidor trata mal à los litigantes, que fue parcial, negligente, y otros, assi porque conforme à derecho comun, y Real, el cargo, y la acusacion, hà de expressar en particular el negoçio, el tiempo, el lugar, y la persona agrauiada, paraque el Reo pueda hazer sus prouanças derechamente, coartada la negatiua del tiempo, del lugar, y de la persona, y prouar los hechos en contrario especificadamente, y en indiuiduo porque de otra suerte diziendo el cargo vaga, y generitamente, que el Corregidor durante su Oficio, recibio presentes: y no dezir en que tiempo, y lugar, y de que personas, nò podrà el Corregidor en manera alguna defensarse, ni descargarse, por que la negatiua generäl es improuable de derecho. Hactenus *Bouadill.*

246 Exhorrendum sanè, ac respuendum, quod mihi contigit, vt nulla præexistente quærela, visitationis iudicio fuerim suppositus, quando edocti sumus adhuc existentibus quærelis procedi non posse, nisi legitima sit probatio, vti in terminis proprijs commissionis amplissimæ Generalis Visitatoris tradit *Alex. Rauden. cons. 49. n. 87. vers. Tametsi autem, vsq; ad n. 90. vol. 1. Mastr. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. n. 2. & seqq. Farin. cons. 64. n. 11.* qui Rotæ decisionem adducit in casu satis meo for-
247 tiori, *Io. Lauren. de Roger.* Vespertinæ Cathedræ in Almo Collegio Neap. Antecessor magni nominis, in *Respons.* apud *Reg. Rou.* post *Pragm. 1. de sindic. vers. Licèt autem, & inferius,* quod imprimi curauit *Addit. ad D. Rouit.* ibi itaque in praxi seruari, & communitèr tradit *Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 73. n. 40. Viscont. in lib. conclus. iur.* verb. *Officiales omnes, pag. mihi 210. col. 2.* vt hinc in propatulo sit, quàm] iniustè Iuncta me redarguit verbotenus; Nam vbi sunt qui me accusarunt, & de præambulorum decretis perperam interpositis côquesti sunt? Neminem audiuimus, nec ipsamet Iuncta facta iam Visitatrix
248 agnouit, quinimò calumniatij dicuntur, qui volunt esse crimen, vbi non est, & vbi Iudex debet absoluere delinquentem,
249 & non absoluit, dicitur inferre calumniam, *Affl. in Constit.*

Ter-

Terminum vitæ n.49.notab.21.Gram.in Constit.Pœnam calum-
niæ n.9. Et in dolo dicitur, qui non facit id, ad quod tenetur,
250 & non solum in faciente contra legem, sed in omittente,
Burs.cons.94.n.2.Farin. quem adducit *Testay in d. alleg. 9. n.*
216. vndè non existente accusatore quomodo potuit Iuncta
procedere in meæ æstimationis,& famæ detrimentum? Nemo
251 etenim molestari debet Fisci intentione non fundata, secũ-
dùm *Cumiam cap.7.de sindic.n.5.Burs.cons.94.n.37.Rol.cons.*
24. num. 37. lib. 1. vbi de communi, qui contra Iudi-
ces inuehit procedentes ad inquisitionem non pręcedentibus
252 legitimis inditijs, *Grat. cons.74. in princ. lib 2* qui loquitur
in Iudice habente liberum arbitrium, & in terminis Visitato-
253 ris generalis à Rege cõstituti, qui nullis iudiciorum sollem-
nitatibus adstringitur, ad notata per *Glos.in l.ictus fustium, ff.*
de his qui notan.infam. sed sola veritate inspecta procedunt,&
quasi manu Regia, cùm Regis vices habeant, *Bart.in d.extra-*
uag. Ad reprimendum, verb. *Videbitur n.2.* attamen hoc arbi-
254 trium regulari debet, vt adsint probationes legitimæ, secun-
dùm *Bal.in l.1.in fin.ff.de euict.Specul.de offic Iudic.§ postremò,*
vers. *Et idem dico*, pulchrè *Mastr.d.lib.6.cap.2 n.7.& n.15.* vbi
255 inquit nequidem posse procedi contra Officiales, nisi con-
stito de delicto, *Clem.Pastoralis de reiud.* quæ conclusio in tan-
256 tum procedit, vt licèt superueniant inditia, & testes, non
conualidantur anteà facta, *Grat.cons.74.n.7.lib.2.Purpur.cons.*
53.n.4. inter *consilia feudalia diuersor.* cum alijs adductis per
257 *Testay alleg.7.n.7.* vbi quod Iudex dicitur grauare, & *alleg.*
9 n 20 post *Glos. fin. C. de recus* quæ dat rationem, quia fuit
ordo peruersus, *Calcan.cons.15.n.23. Rot. Rom. dec.116. n.2.*
par.3.lib.3.Nouissimar.Bal.in l.milites, ff.de testam. milit. Hor-
mod. de sindic n.145. Testay d. alleg.9. n.61. in fin. & seq. vbi
inquit Fisci intentionem fundatam dici per semiplenam pro-
258 bationem, quam declarat quando de iure dicatur post *Glos.*
in cap. finem litibus de dol.& contum. Bal. in l.cunctos populos n.
40.C.de summ.Trinit.& fid.Cathol.Decan cap.sicut n 9. de pro-
bat. Mascar. de probat. vol.1. concl.4. n.15. eò fortiùs cùm ad
259 inquisitionem contra certam personam agitur (sicuti me-
cum practicatum est) minimè deuenitur, nisi aliquod præam-
bu-

bulum præcedat, per quod appareat verè, vel præsumptiuè personam illam, delictum illud perpetrasse.

260 [Nam siue crimen ab accusatore Iudici accusetur, siue denuncietur, certa debet esse persona accusatoris, vel denunciatoris, de accusatione *textum* profero, qui non recipit cauillum *in d. l libellorũ in princ. ff. de accusat.* vbi *Consult.* docet, quod
261 si accusatio caret nomine, est reiciendus accusator, itaq; *tex.* illum explanat *Bart. in l. si cui n. 1. in princ. ff. de accus.* eique passim se subscribunt criminalium rerum gnari, vti *Angel. Aret. in tract. de malefic.* verb. *Mero officio, Gandin. in tract. maleficior. in rubr. Qui accus. poss.* & *Bonifac. Vitalin. in consimili tract. de malef. sub rubr. Quid sit accusatio n. 7.* qui omnes dum praxim instituunt, qualiter sint formandi libelli asserunt de-
262 bere continere nomen accusatoris, & accusati, diem, locum, & reliqua ab eis relata, quod adeò certum est, vt dixerit *Menoch. cons. 94. n. 19. lib. 1.* quod ridiculum est, de eo dubitare, ibiq; *n. 19.* vrgentem esse rationem tradit, Nam accusator si
263 tenetur accusationem prosequi, & fideiussores dare de expensis reficiendis in casu succumbentiæ, sicutì præcitati Criminalistæ scribunt, qua ratione fieri potest, vt accusatio procedat, sine certo accusatoris nomine? Eò fortiùs, quia multis
264 exceptionibus ab accusatione repelli potest, siue ex persona accusatoris, siue ex dictis ipsius, *l. neganda, C. qui accus. non poss. Ang. de malefic.* vbi proximè *n. 32. & 24.* alias exceptiones prosequens.

Si verò denunciatoris partes quis sustinere dicatur, adhuc
265 inficiari nequit, quod constare debet de certa eius persona, vti inquiunt præcitati Doctores, nempè *Angel.* in verb. *Nec non ad denunciationem, Gandin. sub rubr. Quomod. de malef. cognosc. per denunciationem, & Vitalin. sub rubr. de denunc.* dum formant denunciationis libellum, & hic pariter denunciator multis exceptionibus repelli potest,] eiusq; ratio adducitur, vt
266 iudicum, malitia, & proteruitas refrenetur, vel circuitus euitetur, ad *tex. in l. 2. in fin. C. de custod. reor.* & nè inquisiti ex ab-
267 rupto grauati reperiantur, & interim de illo delicto diffamentur, ac vti docet *Inno. in cap. qualiter, & quando de accus.* & alij passim *ibid.* quos sequitur *Felin. in cap. cum clamor de testi.*

Sa-

Salic. in l. ea quidem de accuſ. Alfar. de iur fiſt. Obſ. 17. n. 35.
268 Vaſſalli in quęſtionibus mouendis non debent vexari inde-
bitè, ſed antequam quæſtio aliqua fiſcalis inchoetur, debet
Aduocatus Fiſcalis benè, ac diligenter ſe informare perſcri-
269 pturas, & teſtes vtrum Fiſcus in eiuſmodi quæſtione iuſtã
cauſam foueat, & exindè informationem inchoare, & proſe-
270 qui; quod mecum non obſeruauit Iuncta, nec alia, quæ re-
fert *Farin. de Inquiſit. quæſt. 9. n. 1. cum ſeqq.*

Sed nulla præexiſtente quærela, imò abſolutus in ſindicatu
dum fuerim, bãna promulgata fuerunt, quod innumeris fue-
rim impetitus quærelis, quarum nulla proſus comparuit, [vti
ex decreto poſtmodum per eandem Iunctam *num.* 528.]
vndè inquit *Maſtr. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 7. n.* 10. teneri ad
271 damna, expẽſas, & intereſſe etiam ſi eos contra quos ità pro-
ceſſerunt, abſoluerint, applaudente *Bal. in rubr. de pæn. iud. qui
malè iudic in princ. & in l. obſeruare, §. proficiſci, quæſt. 26. ff. de
offic Proconſ. Farin d. quæſt. 9. n* 16. verſ. *Amplia nono, Cyn. Bal.
& reliqui in l. præſcriptione, C. ſi contr. ius, vel vtilit publ.* aientes
272 ante exercitium iuriſdictionis conſtare debere de delicto,
cui theſi ſe ſubſcripſerunt *Imol & Moderni in cap. cæterum de
iud. Canoniſtæ in cap Romana, §. contrahentes de for. compet. in 6.
Reg. Valenz. conſ.* 52. *n.* 15. verſ *Et comprobatur, Farin. in prax.
crim. quæſt. 2. n. 1 in princ. & in fin.* vbi amplius, quod ſi Prin-
273 ceps motu proprio mandaret aliquem inquiri, adhuc tamen
intelligi debet ſi conſtat de delicto, & non aliàs, *Vermigl. conſ.
crim.* 132. *n.* 16. *Rol. à Vall.* qui ex multis comprobat *conſ.* 12.
n. 40. *lib.* 3. vbi quamplura de præceptis Principum exequen-
dis, vel non.

274 Contradicit etiam aſſertio de repetitis quęrelis in Bannis
enunciatis diplomati Dom. Proregis mihi tranſmiſſo die 25.
Iulij 1657. conſultìm à *Me* inſerto *hoc eodem diſcurſu n.* 76. in
quo inquit, *Que en lo que toca à ſu proceder de V. S. eſpera ſerà
come refiere, aũque no hà dexado de haber algunas quexas.* Igitur
ex ore D. Proregis conuincitur conuitium contra *Me*, quod
fuerint, tot, ac repetitæ quęrelę, quando Excellentiſſ. Prorex
275 (cui magis credendum) dubitatiuè (recrudeſcentibus dela-
tionibus ex ore Malignantium) non niſi paucas quærelas

enun-

enunciat, quarum nequidem vna comparuit vſquequaque (quas delationes fortè iiſdem villicantibus, pro quærelis exiſtimauit) [vt hac in re calumnia euidens, & perſpicua, omnibus appareat; qui non niſi è perſequentium iniquitate proceſſit, qui in hoc præcipitarunt, ſecundùm *Gloſ. in Clem. Paſtoralis de ſenten. & reiud.* verb. *Præcipitatione*, vbi inquit præci-
276 pitium dici, quod ſine modo, & cũ periculo fit, ad *tex. in cap. ex parte de ſepult.* eamq; præcipitationem *Clemens Papa* iuſtitiæ nouercam appellauit in *d. cap Paſtoralis*, vbi *Gloſ.* verb.
277 *Nouerca*, notabiliter tradit, quod ſicuti ſe habet nouerca ad priuignos, quæ ſæuire ſolet in illos, ſic ſe habet ad iuſtitiam voluntas præcipitantis iudicis. vndè carmen adducit
278 *Gaudet in afflictos ſæuire nouerca poteſtas,*
id quod ex tenore decreti, quod non procedatur contra *Me*, cuius verba per extenſum inſerui *n.* 528. conuallatur,] & ſic
279 deberent paritèr puniri, & caſtigari, qui famam meam dehoneſtarunt inſidiando, & obijciendo non vera, ad *tex. in cap qui*
280 *ambulat* 5. *quæſt.* 5. tales enim detractores, deteriores ſunt illis, qui ſubſtantias aliorum, prædiaque deripiunt, *cap. deteriores, cap. ex merito* 6. *quæſt.* 1. vndè *tex. in cap. quiſquis el* 2. *quæſt.* 8.
281 dixit, quod licentia mentiendi in iudicio, non debet eſſe impunita, *l. fin. C. de accuſat.*
282 Nec paritèr vera ſunt, quæ ſequuntur verba in eiſdem bannis appoſita, quod ob dictas (*effictas ſanè*) repetitas quærelas ob præambulorum expeditionem tempore peſtis, obligatus extitit Dom. Prorex ſucceſſorem mihi conſtituere elapſo biennio, Nam Ego (vti initio obſeruaui *n.* 62.) officij poſſeſſionem adeptus fui die 16. Maij 1654. & petita licentia à Iudicatus munere non potui eam obtinere de Menſe Iulij 1655. ſicuti apparet ex alio Dom. Proregis diplomate mihi
283 directo *n.* 66. cumq; biennium in die 16. Maij 1656. compleuerim, iterum excuſaui Me, & licentiam petij eidem Domino de menſe Ianuarij 1657. effluxis iam menſibus octo vltrà biennium, & apparet ex ſupplici meo libello *n.* 113. nec tamen annuere dignatus eſt D. Prorex, ſed cum eo alloquutus, iuſſit mihi vt continuarem, vſq; ad prouiſiones faciendas de officijs tunc vacatis platearum Sac. Reg. Conſilij, & Fiſci

Patroni Magnæ Curiæ Vicariæ, vndè continuaui vſq; ad mẽ-
ſem Iulij 1657. quando videns non fuiſſe promotum ad of-
284 ficium perpetuum, iterum, & tertiò veniam petij, & obtinui
die 25. eiuſdem menſis, prout non obſcurè apparet ex diplo-
mate S.E. mihi directo *d.n.* 124.

Quorſum igitur fuit excogitatum, obligatũ extitiſſe Dom.
Proregem, ſucceſſorem mihi deſtinare elapſo biennio? cùm
appareat euidenter, *Me* vltrà biennium non ſponte mea, ſed
vt iuſſibus Dom. Proregis parerem, cõtinuaſſe in Officio Iu-
dicatus Magnæ Curiæ per alium annum, & tres menſes? om-
285 nia ſanè excogitata fuerunt, vt meæ famæ Iuncta ictum ia-
ceret publicis præconijs, iuxtà illud *Athanaſij Apolog.* 1. ibi,
286 *Nam qui lapide ictus eſt, quærit medicum, ictus autem calum-
niæ grauiùs, quàm lapides feriunt,* Eſt enim calumnia claua, &
287 gladius, & iaculum incurabile, plura congerit *Eſcob. de nobil.
proban quæſt.* 1. *proem.n.*29. D.*Larr.alleg.fiſcal.cap.*102.*n.*27.
tom. 2.

288 Grauatus inſuper ad ſummum fui ex dictis Bannis, dum
alliciunt homines ad proponendum quærelas contra *Me* cir-
ca præambula expedita tempore peſtis, vtq; incentiuum præ-
beant, hæc proferunt verba, *E benche queſta Regia Gionta ten-
ga ſopra diciò alcuna notitia*, *&c.* quid aliud ex hoc, publicis
præconijs inſinuatis, ac in Tribunalium valuis affixis ſignifi-
care intendit, niſi *Me* delinquentem facere, aſſerendo, quod
Viſitatrici meæ (ſi talis affirmanda fuerit Iuncta) innotuerat
aliquid de meis criminibus [Et quis (amabò) ſibi tribuit au-
289 thoritatem, aut poteſtatem, vt tanquam probatum habeat,
quod ius non habet pro tali? contradicendo illi vulgato (licèt
inſigne) *Iurecõſul. Vlpiani* placito *in l. illicitas* 6. §. *Veritas*, ibi,
290 *Et ideò Præſes Prouinciæ id ſequatur, quod conuenit eum ex fi-
de eorum, quæ probantur ſequi ff. de offic. Præſid. Gloſ.* 1. *in cap.* 1.
ad med. verb. *Secundum quod Canones de offic. ordin. Additio ad
Abbat. in cap. dilecti n.* 3. *lit. G. de iudic.* proſequitur nunquam
ſatis laudatus *Epiſcopus Couarruuias lib.* 1. *variar. cap.* 1. *n.* 4.
Pinell. in l. 2. *C. de reſcin. vend. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 33. *Sot. lib.* 5. *de iu-
ſtit. & iur. quæſt.* 4. *de iuſtit. art.* 2. optimè *Petr. de Aragon. ex D.
Thom.* & communi Theologorum ſententia in *lib. de iuſtit. &
iur.*

iur. quæst 67. de iniustitia art. 2. part. 463. collat. 2. Cicero lib. 3.
Orat in Verrem, inquiens, *Nihil cuiquam probari velim, me di-*
cente, quod non ante mihimet ipsi probatum sit, perbellè *Iuo Car-*
291 *notensis epist.* 140. dicens, *Iudicibus non aliter esse credenda (li-*
cèt vera essent) nisi quæ Iudiciario ordine comprobantur, & ma-
nifestis testimonijs, de quo est *tex. in cap. quamuis* 73. 11. *quæst.*
3. *& in cap. quoniam contra de probat.* multa ad propositum *D.*
Reg. Valenz. cons. 90. *n.* 20. *lib.* 1. cum alijs congestis infra *n.*
419.] vt apud omnes infamiæ notam aliquam incurrerem,
aures etenim audientium, libenter maledicta, pennæ sunt, qui-
bus sicut sagitta emissa velocitèr ad omnium scientiam deuo-
292 lat iniuria, & sicut nebula per ventos vndiq; sparsa per ho-
minum aures euolat irreuocabile iniuriæ verbum, ex illo *Ho-*
ratij 1. *Epist.* 18.

Nescit vox missa reuerti,
Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

293 Vndè *Diuus Bernard. in quodam suo sermone*, quem refert
Escob. d. par 5 quæst. 1. proem. n. 25. Time (inquit) *sagittam, le-*
uiter volat, leuiter penetrat, sed dico tibi non leue infligit vulnus,
citò interficit, nimirum sagitta verbum iniuriæ prolatum est, & ali-
bi, eleganter, *Leuis quidem sermo, leuiter volat, sed grauiter vul-*
nerat, leuiter transit, sed grauiter vrit; leuiter profertur, sed non
leuiter reuocatur, facilè volat, ideò facilè charitatem violat; Tene-
294 *rum membrum lingua, attamen vix teneri potest, substantia*
quidem infirmum, atque exiguum, sed vsu magnum, & validum
inuenitur: tenuis est, vt lata, ideò aptissimum euacuandis sordibus
instrumentum. Iam reperitur in aures hominum iniuria spar-
sa, dum enunciatur in publicis bannis præconia voce emana-
295 tis, Visitatricem Iunctam habere aliquam notitiam de per-
peram gestis à *Me* præambulis, sed nulla veritate suffulta,
nam euanuerunt, nec nomen indicatur eorum, qui notitiam
hanc dederunt, vndè *Valerius Episcopus in quodam sermone* in-
296 quit, *Nihil sauius, nihil violentiùs amaris, asperisq; sermoni-*
bus, quorum vulnera tantò difficiliùs curantur, quantò faciliùs
proferuntur; licèt Iudici etiam habenti liberum arbitrium cre-
297 dendum non sit dicenti esse inditia, nisi aliàs probentur, se-
cundùm *Grat. cons.* 74. *in princ. lib.* 2. cum alijs adductis per *Te-*

ſtay alleg. 9 *n.* 60. *& ſeqq.* etiamſi ex mandato Principis ſit
298 formata inquiſitio, vti poſt multos tradit *Farin. in prax. cri-*
min. quæſt. 1. *n.* 40. ex dictis per *DD. in l. milites, C. de quæſt. in l.*
iuſtiſſimos, C de offic. Rector. Prouinc. & in *l. ſiquis alicui, C. ad l.*
Iul. Maieſt. Catus inter conſ. criminal. diuerſ. conſ. 99. *n.* 1. *& ſeq.*
lib. 1. vbi quod totus mundus ſeruat hanc concluſionem val-
dè tritam, & ab omnibus conſulentibus affirmatam, *Boſs. tit.*
de inquiſ n. 21. inquiens refrenandam eſſe malitiam Iudicum,
299 qui putant inquiri poſſe contra certam perſonam, nulla
præcedente præſumptione, quæq; mala ex malè dictis, & pro-
300 latis iniurioſè verbis proueniunt, refert *Peguer. dec. crim.*
13. *n.* 5. *& 6.*
301 Nec inficiari poteſt eum, qui banna compoſuit, ſiue dicta-
uit, non aliam habuiſſet mentem, niſi vt *Me* calumniaretur,
302 Nam is calumniari dicitur ad mentem iuris, qui intentatum
crimen probatum non habet, ſecundum *Io. Philipp. in ſumm.*
vtriuſq; iur. tit. de calumniator. pag. mihi 469. adducẽs *tex. in cap.*
2. *eod tit.* & reddit rationem, quia cum is, qui aliquem ad iu-
303 dicium prouocat, probationes ſuas paratas habere debet
per *tex in l. qui accuſare, C. de eden.* ſi in probatione defecerit,
videtur ſine cauſa, ideſt calumnioſè litem mouiſſe, *Petr. Gre-*
304 *gor. Tholoſan. in ſyntagmat. iuris lib.* 32. *cap.* 20. *pag. mihi* 499.
ibi, *Accedunt, & ad calumniam alij, qui non probant, quod inten-*
dunt, & ſaltim negari non poteſt eiuſmodi calumniam poſt-
305 quam intenditur crimen, & non probatur, præſumptam à
Scribentibus vocari, vti plena manu tradit *Caſtill. Sotomayor*
controuerſ. lib. 3. *cap.* 21. *n.* 7. eamq; punibilem. [vndè *D. Larr.*
alleg. fiſcal. 1. *n.* 18. vt de ſe vti Fiſci Patrono atteſtationem fa-
ceret ea protulit verba, quæ ad ſuum munus rectè explendũ,
nedùm vti fiſcalem, ſed etiam vti Chriſtianum veritati inni-
306 xum mirificè conducũt, *Nec pro Fiſco faciendum, quia Prin-*
ceps non vult iniuſtè ſubditos vexari; & ità Ego multoties in mu-
neribus Fiſci Patroni, quibus functis cùm cauſam Fiſci non iuſtã
cognouerim, nihil contra Me facere, vel dicere decreuiſſe, & reſpõ-
dere (Me acta vidiſſe iudicialia) *quo bonam fidem agnoſcebam,*
Hucuſq; *D. Larrea*; at contra *Me* non viſis actis, quinimò:
nullis actis exiſtentibus, nec quærelis vllis propoſitis, formã-
tur

tur banna, publicantur programmata, & conuitia moliuntur, ac quid amplius? (silentio sanè prætereunda) & nunc memoria recolo satis iustè contrà Fisci Patronum sui temporis exclamasse *Thomam Gram. in dec.* 10.*n.*2. ad quem Legentes remitto, & ad *Escob. de nobil. & purit. proban. par.* 2 *quæst.* 8.*n.*71. *& seqq.* vbi Fiscales instruit ad benè eorum munus exercendum, ad veritatem sectandam, & calumnias dispergendā plura iura ad id expendentem, & verè memoratu digna, vt in 3. *sect.* latiùs: Indè manat: quod Fiscales iurant de calumnia,
307 & quæcumq; alia iuramenta necessaria faciūt, *Luc. de Penn. in l. iustas, C. de delation. lib.* 10. *Pereg.* ex multis *lib.* 7. *de iur. fisc.*
308 *tit* 3.*n.*7. & licèt contrarium asserat *Solorzan. de iurib. Indiar. cap.* 6.*n.* 127. *lib.* 2. in hoc Regno Pragmatica Sanctione stabilitū est teneri de calumnia, de quo adest *Prag.* 39. *de offic. Sac. Cons.* Paris *de Put. de sindic.* verb. *Euidentialia cap.* 1. *Azeu. in lib.* 2.*n.* 3.*tit.* 7.*lib.* 3. *Recopil.*]

309 Et si notitiam habebat Iuncta ex iniusta præambulorum interpositione, quomodo tandiù à die, quo formata fuit Iūcta de Mense Septembris 1656. ac rescripto Dom. Proregis directo Spectab. Regen. Magnæ Curiæ, quo fuit ordinatū præambulorum acta ad libitum Fisci Patroni Regalis Patrimonij per Iudices Ciuiles, esse consignanda, quod *Ego* inseri curaui *hoc eodem discursu n.* 107. tacuerunt? dum omnibus innotescit, Iunctam erectam fuisse ex eo, quod Delatores mei Inuidi maligno affectu insinuarunt de iniustitia præambulorum, eorumq; falsas delationes ad aures Dom. Proregis deuenire, totam industriam adhibuerunt, addentes etiam in Fisci præiudicium quamplura præambula à *Me* expedita fuisse, & spatio vnius anni cum dimidio visis, per Fiscum omnibus ferè præambulis à *Me* expeditis, eisq; in Iuncta relatis, non fuit repertum vllum iniustum, nec qui quærelam vllam pro-
310 poneret. Vndè ergò aliqualis illa notitia in Bannis expressa de iniustitia præambulorum emerserit? prorsus non capio, ni-
311 si iterum dixerim omnia effictim processisse ad incentiuum præstandum, quod aliqui aduersus *Me* insurgerent, & calumnientur, quod est prærumpere iustitiæ neruum, & prosternere
312 authoritatem Magistratuum, viamq; aperire, qua Maligni suas

ſuas vires augeant, & audaciam, iuſtitiæq; Miniſtros timidos
313 reddant in futurum, de quo *Paris de Put.* exclamat, pænisq; grauioribus coercendos putat *de ſindicat.* verſ. *Per ſindicatores, Maſtr. de Magiſtrat. lib. 6. cap. 8. n. 7.* facit *Magon. Rot. Lucen. dec. 1. n 21. Io.* Bott. *de ration. ſtat. lib. 1. Caualc. de Brach. Reg. par. 5. n. 96.*
314 Illud autem, quod vulgarunt de illato præiudicio Fiſci ex tot præambulorum expeditione, indè ortum habuit; Refrigeratam enim, vt agnouerunt nonnulli eorum gratiam apud Dom. Proregem, ſedata iam peſtis lue, variè vellicarunt, ſuſurrantes eius auribus, Fiſcum ex obitu tot millium Regis vaſſallorum, lucratum fuiſſe biſmille millia cum dimidio; Cùmque
315 paucos poſt dies animaduerterint, ſatis è longè eorum effatum abijſſe, eam adduxerunt excuſationem, quod expedita per *Me* preambula in cauſa fuerunt, vt Fiſcus illis priuaretur, vndè formata fuit Iuncta de bonis vacantibus, & viſis, reuiſis, ac ſtrenuè, & accuratè perſpectis præambulis per biennium,
316 & vltrà, nequidem in obolo Fiſco fuiſſe ex ijs præiudicatũ, protenſo quaſi digito omnibus innotuit, idq; in cauſa fuit, vt innocentia mea operiretur. [Et dicere cogor verbis *tex.* mutuatis in *l. non intelligitur* 3. § *cum quinquennium, ff. de iur. fiſci*, quæ Iureconſultus *Calliſtratus lib. 1. Diuo Adriano* adſcribit, ibi, *Valdè inhumanus eſt mos iſte.*]
317 Vtque (obiter inſinuem) præambulorum decreta *Ego* vti Iudex interpoſui, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, ex quo
318 duplici iure ſucceſſiones deferũtur *tot. tit. ff. & C. de teſta. & de ſucceſſ. ab inteſt.* & in Reg. vſitatum eſt per *Rit. M. C.* 181. expediri præambula, vbi *Carau.* in quibus caſibus nulla expe-
319 ditur citatio, ſecundùm *Affl. in Conſt. Eos qui ſcienter in 4. queſt. D. de Franch. dec.* 204. *Conſil. Throd. alleg. 17. n. 21.* inquiens hoc non eſſe verè iudicium, ſed potiùs dici liquidam
320 probationem aditionis hæreditatis ex teſtamento, vel ab inteſtato, *Reg* Sanfel. *dec.* 210. *in princ. par.* 2. Nec homini mediocritèr in iure verſato abſconditum eſt, in Regno ſucceſſio-
321 nes ſecundùm ius deferri ad decimum vſq; gradum, ſicuti *Inſtit.* habetur *de ſucceſſion. ab inteſt.* quo gradu deficiente vir,
322 & vxor inuitantur ad ſucceſſionem, de quo] eſt *tex. in l. 1. ff.*

& C.

& *C. vnd. vir. & vxor.* quinimò eam transmittere poterunt ad hæredes suos per ius accrescendi, vel attrahendi, vt consu-
323 luit *Corn. cons.* 324. *vol.* 4. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 4. *Capriol. in tract. de success. ab intestat. lib.* 4. *n.* 1. vbi ampliat etiam
324 in vxore Clerici Græchi, ad *tex. in l. si quis Presbyter, C. de Episc. & Cler.* quod procedere in sponsa per verba de præsenti, quæ sit nubilis ætatis, secundùm *Bartol. in l. nihil, ff. rer. amo-*
325 *tar.* alioq; adductos per *Mastr. dec.* 123. *n.* 7. vbi determinationem affert de anno 1608. pro Antonia de la Vigna, & vltrà prædictos, accedente dispositione iuris Regni in *Constit. Dohanæ de Offic. Secret.* vbi expressè tradit *Andr. de Isern. & in cap* 1. in verb. *Bona vacantia, tit. quæ sint regal.* cui se subscribit *Affl. in d. Constit. n.* 7. &] præter ordinarias rubricas, fidem obseruantiæ in Regno præstat eruditissimus *D. Præses de Franch. dec.* 454. Si igitur secundùm iurium dispositionem ius suum
326 cuilibet reddidi non sine magno labore noctes ducendo insomnes, & dies vigiles in quo peccaui? quale præiudicium Fi-
327 sco intuli? [Quin potius: si expeditioni non vacassem, & negligentèr *Me* habuissem, meritò ab officio poteram, & debebam remoueri, secundùm *Bal. in l.* 1. §. *qui res in fin. n* 3. *de offic. Præfect. Vrb. Ang. in l. omnibus, C. de sportul. Dec. in l. pen. n.* 6. *C. de pact.* id quod paritèr est dispositum in tutore negli-
328 gente circa administrationem bonorum pupillarium, *l. fin. ff. vbi pupill. educar. debeat, l. fin. C de admin tutor. l.* 3. §. *qui ob segnitiem, ff. de suspect. tutor. l. si tutor velit*, cum ibi *notat. ff. de au-*
329 *thorit. tutor.* Itidem in simplici procuratore, nam Iudex etiã nemine petente debet ex officio ob negligentiam, eum priuare, *l eum qui res, C. de procurator. Rom. cons.* 428. *n.* 5. Sic etiam
330 in Prælato, qui à Prælatura remouetur ob eius negligentiã, secundùm *Ias. in d. l. eum qui res col* 2. *n.* 5. *Crau. cons.* 132. *n.* 3. Nec alienum est a Principe per *tex. in cap. grandi de supplen. negligen. Prælator. in* 6. Ac etiam in executore testamentario,
331 quod ob negligentiam sit remouendus, tenet *Paul. de Castr. cons.* 97. *super primo quæsito n.* 2. *& cons.* 332 *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 437. *dub.* 3. *vol.* 2. *Crau. d. cons.* 321. *n* 3. *Reg. Valenz. cons* 35. *ex*
332 *n.* 25. *lib.* 1. Dum igitur, meo vt uacarem muneri, ius dicendi, ac iustitiam ministrandi, totus incubui, tribuitur mihi in delictum.

lictum, alijſq; negligentibus in laudem? Quorſum hoc? vt & hoc portentum Orbi indicetur, & Magiſtratibus inſinuetur rerum humanarum viciſſitudo.] Exhibeant delatores, qui pariter eorum ſubtili ingenio manifeſtum faciant, qnanam iuris, aut ſtatutaria diſpoſitione, hæreditates Fiſco ſint deferendæ, dum diem functis, ſucceſſores teſtamentarij, aut legitimi ſuperexiſtunt? ijſq; deficientibus vir, & vxor ab inteſtato inuicē ſuccedunt ex deciſis per *Sac. Conſ.* apud *D. de Franch. d. dec. 454. in fin.*?

333 Edocti pariter ſumus Sereniſſimum noſtrum Regem vaſſallorum bonis non inhiare, ſed firmitèr velle, quod cuilibet miniſtretur iuſtitia, ſuumq; ius tribuatur vnicuique, quinimò etiam in caſu dubio contra Fiſcum eſſe reſpondendum do-
334 cuit *Modeſtinus Conſultus in l. non puto 20. ff. de iur. fiſc.* & mirabile, ac ſingulare profero *Ego* effatum magni illius *Regis*
335 *Philippi II.* quod habui à peritiſſimo illo Fiſci Patrono nemini ſecundo *D. Io. Bapt. Larr. allegation. fiſcal. cap. 1. n. 9. circa*
336 *med. par. 1.* per hæc verba, *Et vt alia plura omittam, imitatus ex noſtris Regibus Philippus II. qui Hiſpanorum ſecundus Traianus, virtute, iuſtitia, & prudentia nuncupatur, Nam cum anno 1570. eſſet in villa del Eſcurial, & illum adiret Doctor Velaſco,*
337 *Cōſilij Supremi, & Cameræ Senator, vt conſuleret de cauſa, quæ maximè augeret eius Regale patrimonium, Reſpondit Rex ſapientiſſimus, & iuſtus; Doctor ſemper in cura habe, & renuncia Senatui, in dubio ſemper contra me iudicandum*, quod exemplar ha-
338 buit à *Porreno in libello*, quem edidit *de dictis, & factis Philippi II. cap. 10.* in verſ. *Eſtando*, adeò quod idemet *D. Larr. ibid.* non potuit ſe cōtinere, quin exclamaret, *O pulchrum dictum! Vtinam hodie Principes imitarentur*, de quo memor *Ego* fui *in Opere meorum Reſponſorum criminal. cap. 24. n. 63.*

338 Et cur non potius commemorantur tot mala, quæ ſcaturierunt ex ſequeſtris ad inſtantiam Fiſci peractis omnium ferè hæreditatum, quorum præambula per veros, & legitimos ſucceſſores illicò prçſentari non potuerunt ob illorum abſentiam à Ciuitate, qui tandem reuerſi dum eius bona expetierunt, remanſerunt manibus vacuis, nam nequidem minimam partem fuerunt aſſequuti, ſed omnia fuerunt erepta, nec vlla

ſpes,

ſpes,illa recuperandi permanet àmplius, vt opportunè dixe-
390 rint lugentes cum *Prophet. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos*; adeoquod nemini non fiet obuium, à quo maiora illata ſint damna à *Me*,qui hæreditates ſucceſſoribus legitimis (*iure ſuadente*) detuli,vel ab ijs,qui in cauſa fuerunt,vt protinùs
341 priuarentur? Intereſt enim Regis noſtri vaſſallos non depauperatos, & ad nihilum redactos habere,ſed locupletes vti docuit *Iſer. in cap. 1. n. 27. quib. mod. feu. amitt.* & eſt *tex. ſingula-*
342 *ris in* §. *Cogitatio, Authent. Vt Iudic. ſin. quoquo ſuffrag.* ibi, *Et Imperium, & Fiſcus abũdabit vtens ſubiectis locupletibus, Frecc. de ſubfeu. author.* 8. & benè ſignat *Reg. de Pont. deciſ.* 34. *n.* 33. *in fin. Egoipſe in 1 forenſ. cap.* 11. *n.* 11.
343 Quæ adeò vera ſunt, vt ex officio teneatur Superior, cùm ſciuerit oppreſſiones vaſſallorum,eas vindicare,ad *tex. in l. illicitas,* § *ne potentiores, ff de offic. Præſid.* aliaq; *Ego* exaraui in 1. *forenſ. cap.* 11. *n.* 7. *cum duob. ſeqq.*
344 Bone Deus? qui noſti omnia & reuelas paruulis quæ abſcondis Sapientibus. Cur in bannis, & præconijs fit aſſer-
345 tio de aliquali notitia meorum erratorum in præambulis, & non memorantur egregia illa,quæ patraui facinora in aſſiduis aditionibus in foro Magno, alijſq; Fideliſſimæ Ciuitatis Quarterijs per *Me* factis ad finem ſedandi tumultus, & conciliandi diſſidia orta inter Ciues in ipſo peſtis feruore ob aucupanda bona,quæ à potentioribus non ſine vi miſeris eripiebantur? [Sicuti in iure exploratum eſt, ex traditis à *Monterroſ. in pract. Sindicat. in 9. vol tractatuum pag. mihi* 240 *in princ. Paz in prax.* 1. *tom. cap. vnic. n* 15. *in fin pag.* 231. & extat ſtatutum in Hiſpania, *l* 11. *tit.* 7. *lib.* 3. *Recopil. Redin. de Maieſt. Princip.* verb. *Sed etiam per legitimos tramites pag.* 295. *n.* 4. & expreſsè ſtatuit *Iuſtinianus Imperator in Authent. Vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag.* §. *illud videlicet* verſ. *Cùm liceat eis*, & dolet de mala ſuper hac intẽtione Sindicatorum, *Bouadill in Polit. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *rubr. De la aueriguacion, y relacion de lo bien hecho por el Corregidor n.* 158. *ad fin. vſq*;] nullo exiſtente alio Iudice, qui (morbi timore perculſus) illicò occurreret,quæ ſanè ſimultates inter Ciues paulatim exortæ, in aliquam perniciem publicam erupturæ videbantur; ni mea induſtria peruigilię;

 gilię;

giliq; cura, fato cessissent? irritatos etenim populi animos beneuolentiæ studijs non semel, atq; humanitate demulsi. fæda
346 illorum temporum conditione pensitata, [in qua cum peste ipsa, & lue detecta vidimus, etiam plura commissa crimina, ij etenim spretis legibus, iureq; naturali conuulso, infirmis misericordiam non exhibebant; ad pietatis namq; obsequium effecti timidi, ad impia lucra, temerarij, fugientes morientium funera, mortuorum appetebant spolia, vt obuiam fieret in ęgritudine sua miseros ad hoc forsitan derelictos esse, nè possunt cù curabantur, euadere. Sicuti in simili de anno 256. contigisse tradit *Diuus Cyprianus*, relatus à *Cardinal. Baron. in Annal. lib. 2. pag. 366. n. 24.* & vti *Petrus Chimiacensis*, relatus à *P. Marchin. in tract. de pest. in proemial. rubr. te-*
347 *stis acerbissim. Calamitates*, disertè inquit, *Ea nos inseruiuimus calamitate, in qua ruebant super mortuos viui, & supra sepultum, sepultor ipse procũbebat, de quo oculatus Ego testis fui.*] cuius rei
348 testem haberem locupletem *D. Emanuelem de Aguiar*, *Regentem Magnæ Curiæ*, Nobilem Hispanum, qui tunc tantùm suis operibus valuit, vt Vrbs Neapolis præclarissima, illum viuentem, velut parentem coluerit, & morientem luxerit. Id etenim ad Iudices spectare, eorumq; proprium esse officium, ex multis docuit *Molin. de primog. lib. 4. cap. 19. n. 30. Paris de Put. de sindic. verb. Concordia n. 9. Affl. dec. 149. n. 7. Mastr. de Magistrat. cap. 4. n. 98. & 99. & n. 278. & seq. Simanc. de Repub. lib. 8. cap. 27 n. 4. Rolan. cons. 8. n. 26. in 4. Gomez de delict. cap. 6. n. 16. Auil. in cap. 2. Prætor. Glos. Parçialidad. n. 21. Plaça lib 1. delictor. cap. 1. n. 3.* cum alijs adductis per *Berart. in Specul. Visitation. in Exhortation. ad Magistrat. n. 3.*

349 Sed veritate ipsa pro *Me* certante, Nemo comparuit, nisi Lucas de Luca Medicus, qui de decreto per *Me* interposito liberationis duc. 220. in beneficium Dominici Nasturi Actor. Magistri Cur. Archiepiscopalis de anno 1655. mense Nouemb. qui via Ritus obtinuit cõtra dictum de Luca, tota Ma-
350 gna Curia votante ad mei relationem decretum liquidationis instrumenti præsentati pro summa duc. 300. confirmati etiam per Sacrum Cõsilium, dum petijt fieri verbum in Aula quond. Regij Consiliarij Aloysij Gamboa, & ad finem euitan-

tan-

tandi pœnam liquidationis produxit in eadem Aula fidē cre-
diti dictorum duc. 300. vndè fuit mihi iniunctum, vt ad libe-
rationem ipsorum procederem, & cum partes audiuissem, &
non aliud remaneret agendum, nisi creditori depositum libe-
rare, tamen visum mihi non fuit integram summam liberare,
sed tantùm duc. 220. cum cautione pro nunc salua prouisio-
ne facienda in Magna Cur. respectu restantis quantitatis par-
tibus plenius auditis, ad finem vidēdi si exceptio opposita pro
parte debitoris militabat, qua de re videns *Me* publicis præ-
conijs Visitationis iudicio submissum, insinuare sategit, quod
si dictos duc. 220. de propria pecunia fuissem elargitus, quæ-
relam non instituisset, cuius petitioni minimè *Ego* annuens,
dum fuisset per Iunctam replicatum, I de præambulis dumta-
xat posse cognoscere, non de alijs, supplici libello adijt Dom.
Proregem, qui peculiari rescripto cognitionem eidem Iunctę
demandauit, & in pluribus sessionibus quærelante audito, de-
351 creuit non esse quærelam recipiendam, & pariter iniunctū,
quod relatio fieret Suæ Excellentiæ, cui impedimentum præ-
352 stitit Magnificus Fisci Patronus, inquiens nouis incumbe-
re contra *Me* diligentijs, Ecce in quo consistebat quærela, q.
busq; tricis, & teknis quærelator procedebat, aliorum consi-
lio, suffultus, sed modò in memoriam venit dictum peritissi-
353 mi illius viri *Io: Vincentij de Anna, Nemo diù gaudet*, & satis
mihi erit, quod conscientiam puram habeam, quæ testimoniū
354 erit gloriæ meæ, applaudente *Apostol. ad* Hebræos 4. ibi, *Glo-
ria nostra testimonium conscientiæ nostræ*, & est *tex. in cap. in cu-
ctis 11. quæst. 3.*

Nec vllus excusandi se patebit aditus, eò quòd audiuerint in
multiplici, ac celeri præambulorum expeditione potuisse per-
355 peram me gerere, Nam in primis Visitatores, & Sindicato-
res informare se debebant à quibus, & qua mente, quouè ani-
mo conuitia aduersus Me dicta fuerint, sicuti docet *Summus
356 Pontifex in cap. qualiter, & quando el 2. de accusat.* ibi, *Non
quidem à maleuolis, & maledicis, sed à prouidis, & fide dignis*,
cui concordat *tex. in cap. cū in iuuentute* 15. ibi, *Quia tamen eius
suggestio non de charitatis radice procedere videbatur, noluimus
357 aures nostras, quasi malignis delationibus inclinare*, hinc po-

pulus Sodomæ dum improbus eſſet, & tot criminibus debacchar etur ex clamore peccatorum, qui peruenit ad Cælum, adhuc videtur Deum noluiſſe credere, ſed dixit ad *Abraham Ge-*
358 *neſ. cap.* 18. *Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam, & videbo, vtrum clamorem hunc, opere compleuerint*, ex quo infert *D. Larr. allegat. fiſcal cap.* 101. *num.* 12. *rubr. An delationes Princeps facilè credere debeat aduerſus Magiſtratus, quia optimi ſubiacent calumnijs, quod ſi Deus detrahit fidem peccatis manifeſtis*
359 *& veritatem eorum, & ſi non egeat certioratione indagare procurat, quantò magis Princeps non debet facilè Magiſtratuum detractiones admittere*, & *contra illos delationibus deferre*? & per *tot. caput Allegationis* optimè pluribus repetitis exemplis antiquis, & recentibus ſuadet delationibus aduerſus Magiſtra-
360 tus non ità facilè eſſe deferendum, ſicuti aduerſus *Me* egerunt, vt eiuſmodi proclamata proferri faciant cum detractione boni mei nominis apud omnes adepti, quod exhorruit
361 *Conſul. in l. Prætor edixit* 7. *ff. de iniur.* [Semper etenim cre-
362 dendum eſt viros probos ad Magiſtratum aſſumi; & illos iuſtè munus exercere, vt traditur *in l.* 1. §. 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor.* illis verbis *Credidit enim Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, &*
363 *luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus*. Et exemplũ Domitiani licèt improbiſſimi, qui Delatoribus fidem non adhibuit, ſed eos varijs pœnis exercuit, conſtat ex *Martial. in Amphitheatro Epigram.* 4. Iuſtus, & alij, quos refert eruditiſſimus Supremi Senatus Caſtellæ Senator *D. Laurẽtius Ramirez*
364 *de Prado* in eius *Commentar.* Dom. meus, cui plurimum debeo, ob ingentẽ amorem, quo Me proſecuutus fuit, continuiſque literis ſcripta mea collaudare non dedignabatur, quæ penès Me habeo.]
365 Nec mediocriter grauatum me ſentio, dum Magnif. Fiſci Patronus, vt Me de peccato in præambulis redargueret, per diem ante publicationem bannorum carceri ſubterraneo mãcipari iuſſit *Dominicum Pulucrinum* Scribam Magnæ Curiæ, pluriesq; ſuggeſtiua dare ei fecit interrogatoria nulla præexi-

ſten-

stente quærela aduersus *Me*, nec alio qui incontestem illum adduceret, de gestis à *Me* , in præambulorum expeditione, [Posthabitis theoresis,& praxis criminalis principijs nō adeò abstrusis, quin teneatur quilibet , etiā mediocriter in Tribunalium subsellijs versatus ea percallere,nempè quod testis, siue fuerit examinatus vti principalis in se, & testis in alios,vti criminalistarum Schola quotidie admittit, non aliter torquetur, nisi ea concurrunt, quæ interuenire debent ad finem tor-
366 quēdi Reū inquisitū,& respectu testiū simpliciter ꝓductorū non aliter procedi potest ad torturam , nisi renitentes fuerint in negando factum,de quo per alios conuincuntur, & qui cōuincit, si vnicus est testis, debet esse dignior ipso negante, ità *Bartol.in l vnius*, §.*testes.& l.is cui. ff. de quæstion.* cui se subscribit *Brun.de indit & tortur.in 3 quæst. princip. circa princip.* & reassumit insignis Practicus *Foller.in prax.crim.par.2.*verb. *Capiat informationem n.22.& duob.seqq.* Nec testis in carceri-
367 bus est detinendus multo tempore , quia carceratus iniustè, quotidie grauatur,ad tex. in *cap.super eo el 2. de appellat.* benè *Farin cons.crim.193* mox allegandus,] vt decernatur captura
368 iniustitia,dū tēpore ipsius nulla aderant inditia, etiamsi posteà superueniant,quia non iustificatur dum ordo præpostera-tur *Neuiz.cons.61.n.33.Rom.cons.241.n.5.Farin. quæst. 27. n 111 cum seq.* quæ sanè interrogatoria suggestiua exprobā-
369 tur à iure; nulla etenim præcesserunt inditia , & vbi Iudex sine præcedentibus inditijs inquirit,dicitur esse in dolo,& calumnia, & tenetur ad damna, expensas,& interesse , necnon
370 criminaliter punitur. *Iaffred. decis.300. Farin.quæst.16.de accus.n 25.& 27* vbi plures congerit, & in casu meo dici potest nimis animosè processisse, *Rol.cons.94.n.13.lib.4.& cōs. 17.n.9.lib 3.*idem *Farin.eod.tit.de accus quæst 1.n.4 in 4. requisit inquis.Testay d alleg. 9. n. 18.* & per annū cū dimidio in
371 Magna Curia in carceribus eundem Scribam detinendo, ad hoc vt tædio carceris tandem pertesus, quod ignorabat diceret ex dictis per *Farin.d.cōs. 193* contra quos Magistratuum delatores inuehit ex pluribus *Dom.Larr.Allegation. fiscal. cap. 102.per tot.tom.2.* omninò consulendus, & non semel porre-
372 ctis præcibus pro excarceratione ipsius Pulucrini,renuit ex-

car-

373 carcerare, noua excogitans molimina de diligentijs faciendis contra *Me*, quasi quod in eius mente habuerit eiusmodi superuenienti iurisdictioni Fisci Partes agendi in Magistratuũ visitatione, nullum præstitutum esse finem, neq; modum, ob quod multa passus fuit damna, & interesse, vndè succedunt pœnæ traditæ per *D.Larr.loc.cit.* maximè contra Fiscum sem-
374 per repugnantem, dùm scire debebat tædium longæ carcerationis testem concutere, adeò quod per vim, & ad finem se ab ea liberandi præsumitur depositio extorta, secundum *Bero.in cap.atsi Clerici n.51.*vers. *Sextò confessio de iud. Pract. Conrad.de confess.crim.n.5. Boss.in pract.crimin tit. de carcerib. nu. 32.ad med.*vers. *Et ideò si detentus Farin.cons.* 193. *n.* 3. vers.
375 *Imò*, verba faciens in carcerato per duos menses, quodque casui nostro conducit, subdit *Præsertim cùm iniustè, & indebitè in carceribus detineretur*, cui se subscribit *Io. Mar. Vermigl. cons.crim.* 33.*n.* 15. vers. *Et præsertim, & cons.* 74. *n.*6.*& cons.* 143.*n.*19.
376 Quidquod: Idemet Magnif. Fisci Patronus Regiæ Cameræ plures accersiuit Scribas Magnæ Curiæ in eius domo, interrogando de accessibus per *Me* factis, tẽpore quo ex lectura Bannorum secernitur de præambulis tantùm fuisse promulgata, & sic nulliter extrà banna, & prætensam visitandi iurisdictionem cùm sit restricta ad præambula, nec limites extendere potest, secundùm *Ang.cons.*138.*n.* 1.*propè fin.* vers. *Limitata enim iurisdictio, Vant de nullit.ex defect iurisd.deleg.n.*93. *Farin.cons.*89.*n.*1. *ad med.* vers. *Et quia etiam limitata iurisdi-*
377 *ctio lib.*1. vndè *Surd.decis.*88.*n* 3. post multos inquit *iurisdictionem limitatam non esse prorogabilem.*

Nec minus grauamen intulit Idemet Fisci Patronus, dum
378 pluries, ac repetitis vicibus quamplures interrogando Scribas de meis gestis, ac qualiter Me gesserim in expeditione præambulorum, & accessuum, responsis acceptis, quod non perperàm, sed benè, & diligenter munus meum expleuerim in iustitia ministranda adhuc tempore pestis, noluit in scriptũ redigi attestationes prædictas id quod exprobatũ habuit post multos *Dom.Larr.decis.Granat.*98.*n.*48.vers. *Sed & iudicij p.* 2. *Escob.de nobilitat.& puritat.proban quæst.*6.§.4. *rubr.de examin.*

min testium n. 26.vers.*Nona*,[Et sic reperitur dispositum per *l.*11 *tit.*7 *lib.* 3. *Recopil Aviles cap*-4. *iudic.sindicat. in Glos.* verb. *Haga,cum seq.Suarez de Paz in prax.*8.*part.*1. *tom. cap. vnic.n.* 15. vbi ad rem tradit sindicatorem teneri interrogare
379 testes nedum contra Iudicem , verum etiam in eius fauorē, quia pro vtraque parte dicere debent,& inquisitio est facien-
380 da, tàm boni,quàm mali , nec in Regno contrarium vidimus dispositum; saltim husq; modò in mea non parua librorum supellectili, curiosè perquirendo , non inueni contrariū,
381 quinimò peculiaris extat Pragmatica Sanctio Cęsareę Maiestatis Inuictissimi Caroli V. incip. *Item quia nobis datum est intelligi sub tit. de Actuar.* 6. in ordine cuius memor fuit *Foller.in prax.*verb.*Capiat informationem n.* 54.vbi inquit aliter facientes Reos esse gehennæ, & teneri rationem reddere in die Iudicij, aliaque verba ad rem effundit, quæ Pragmatica habet aliam concordantem sub *tit de offic. Magistr. Iustitiar.* 27.
382 §.50.] cum indubitatum sit quemlibet Magistratum etiam ex officio teneri in fauorem rei veritatem,& innocentiam indagare,& aperire,ad *tex. in l.*1.§.*fin.ff.de quæstion. l. si non defendantur* 9.*ff.de pæn Bart in l pen.*§ *ad crimen col.*3. vers. *Sed primò quæro.ff.de publ.iud.Farin.*1.*tom. de Inquis.quæst.* 11.*nu.* 10.At Ego husq; modò,lapso iam anno cum dimidio in nihilo factus sum Reus , cum de nullo crimine transmissa mihi extiterit informatio,nec præcesserunt quærelæ.
383 Transgrediamur nunc , & videamus qua ratione in bannis, siue præconijs nullus præfigitur terminus, adeò quod(*exhorresco referens*) perpetuis malignantium ictibus expositus sū anno cum dimidio iam expleto , & si Fisci instantijs foret annuendum,vix fato si cesserim. Visitationis Iudicium cederet, quando receptum est terminum sindicatus cōtra peculiarem Magistratum currere de momento ad momentum, qui de iure communi est quinquaginta dierum,ad *tex.in l. vnic. C. vt omnes Iudic. tam ciuil. quam milit. l. Consiliarios*, C. *de assessor. Authent.Vt Iudic.sine quoque suffrag.*§. *necessitatē*, & in Regn. per *Pragm* 1.*de sindicat.* terminus adhuc est dierum quinquaginta,sicuti de iure communi per *d.l.vnicam*, teste *Dom.Rou. in Scholijs ad d. Pragm* 1.*n.*5.*Berart.in d.Specul.Visitation. rubric.*

bric. de ordin proceden. & fulminan process. in Visitat. cap 4. *nu.* 15. & 16. vbi agit de terminis præfixis iudicio Visitationis ad proponendum quærelas etiam de iure patrio, quibus elap-
385 sis non potest ad vlteriora procedi, nam vbi denegatur audientia, processus est nullus, si ad vlteriora proceditur ex notatis per *Vantium tit. de nullitat. ex defect. iurisdict. n.* 51. & *seq. Chartar. decis.* 85. *Boss de Official orrupt. n.* 32. post *Bald. in l. obseruare*, §. *proficisci*, *ff. de offic. Procõs. Soccin. de citat. art.* 37. *in* 3. *effect. peremptor. Bouadill. in sua Politic lib.* 5. *cap.* 8 *num.* 134. vers. *Lo contrario*, vbi dicit id semper practicari *Dom. Reg. Tap. decis. Senat. Italiæ* 17. *n.* 12. [Licèt in Hispania terminus 50.
386 dierum pro sindicandis Magistratibus, sit restrictus ad dies 30. vti probant *l.* 23. *tit.* 7 *lib.* 3. & *l.* 3. *tit.* 9. *eod. lib.* vti scribit *Suarez de Paz in prax.* 8 *par. tom.* 1. *in proem. n.* 9. vers. *Tenenturq;* & *n.* 10. subdit propter breuitatem instantiæ omnes ter-
387 minos videlicet, ad excipiendum, probandum, & probatum habendum cumulari, citato ad hoc *Bald. in l. properandum in princip.* ibiq; *Iason, n.* 14. & *Cataldin. de sindicat. quæst.* 76. *nu.* 4. & 6.]
388 Et quando nullus reperiretur præfixus terminus sindicatui, & Iudicio Visitationis, nonnè iura clamant teneri Iudicē statuere terminum Accusatori (*si fuerit*) ad prosequendum quærelam, aliàs denegare audientiam, de quo *tex.* est expressus *in l. si ea, C. qui accus. non poss.* quem ibi ad hoc notat, & cõmendat *Glos. ordinaria, Cyn. Iacob. Butr. Bart. Alber. Bal. Salic.* & communiter *DD.* & expressim dispositum est in *Iure septẽpartito l.* 17. *tit.* 1 *par.* 7. vbi *Gregor.* in verb. *No pareçiesse*, vltra *tex. in d. l. si ea*, congerit *tex. in l. qui crimen eod. tit.* & *l.* ... *C. ad Turpill* & *l. præuaricationis*, § *final ff. de præuaricator.* inquiens, *esse menti tenendum, Gomez variar. resol. lib.* .*cap.* 1. *n* 22.
389 Si verò accusator nondum proposuit, sed tantùm minatur, & adhuc Iudex tenetur præfigere terminum, intra quem accusationis libellum porrigat, & termino elapso, audientiam denegare, de quo est *tex. in l. Titia, ff. de accusat.* quem esse in terminis tradit *Gomez loco cit.* inquiens si hoc procedit in ciuilibus per *tex. in l. diffamari, C. de ingen. & manum.* multò fortiùs in criminalibus vigere debere.

390 Aut

390 Aut tandem proceditur ex officio contra aliquem, vel ad instantiam Fiscalis ad hoc positi, & destinati (& hæc est thesis nostra) & adhuc terminus erat præfigendus, vti ex multis probat *Gomez.d.cap.1.n.22.* quem sequitur *Reg.Tap.decis.Ital.17.n.14 Bouadil.in Polit.lib.5.cap.1.n.174.*

Dum igitur terminus meæ Visitationi (si procedi potuisset Iudicio hoc) nullus fuit præfixus, quis non mecum conclamabit ad summum fuisse grauatum? Iura siquidem infinita-
391 tem abhorrent, *l.vnic.C.de senten.quæ pro eo quod inter.profer.l.fin.C.de Sacros.Eccles.Ias.in l.quominus n. 136. ff. de flu-*
392 *min* quæ sanè iura apposite pro sindicando, & visitando, vt sit terminus apponendus, expendit *Bouadil.d.cap.1.nu. 175. vers. Lo quinto.* [Et faciunt iura in *cap. 2. de rescrip.in 6.& in l.1.C.de senten.quæ pro eo quod inter.* & conducit dictum *Glosa* in verb. *Appellatum circa fin.in cap.finali de appellat.in 6.* & per *Io: Andr. in addit. ad Specul. in §. Restat*, in verb. *Concordauerunt.*]
393 Adaugetur Motiuum de grauamine mihi illato ex Iudicio visitationis, nam Ego officia Iudicatus Magnæ Curiæ, non ambiens, nec exquirens, coactus ad illa exercendum à D.Pro-
394 rege Comite Castrilli, quando annui, non ad aliud Meme obnoxium reddidi, nisi ad standum, & parendum sindicatui, iuxtà leges Regni, vti ex literis patentibus in forma Regiæ Cancellariæ subscriptis ab ipsomet D.Prorege, & Spectabilibus Regentibus Cancellariam, in propatulo est, & finito tēpore alacriter promissis steti, & petij ad sindicatum admitti, publicis præeuntibus præconijs, nullaq; existente quærela, liberatus fui, & collaudatus à Dominis Electis huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, vti superiùs indicaui *n.20* vbi per extensum liberatoriales literas transcripsi, adeò quod non po-
395 tui alij subiacere examini, ac tam rigoroso Iudicio Visitationis, quod à sæculo non fuit cum alijs Iudicibus practicatum, reuolutisque pluribus exterorum, & Nostratum Codicibus,
396 neminem inuenire potui, qui similem casum posteritati transmitteret, (*Vt tantæ nouitatis, Ego posteritati exemplar sim, & exemplum,*) & sic quasi contractum inij cum Dom. Prorege, à quo non erat recedendum, ad *tex.in l.traditionibus,*

K *C. de*

C. de pactis l. fin. C. de fideiussor. & quæ tradunt *tex. Glos. & DD.*
397 *in l. super creandis. C. de iur. fisc. lib.* 10. vbi agitur de consuetudine increatione Officialium seruanda, ne ad extranea, &
398 insolita, sed ad ea demum, quæ consuetudinis sunt, adstringantur, *l. quod si nolit, §. qui assidua, ff. de edilit. edict. l. vt liberis,* ibi, *Cum quotidie, ff. si cert. pet. Red. in. de Maiest. Princip.* verb, *Sed etiam per legitimos tramites n.* 176. *pag.* 92.
399 Nam aliàs si per somnium præuidere potuissem, quæ mihi præparabantur ærumnæ, vtiq; maiora recusassem Magistratus munera, à meoq; semper exoptando Aduocationis munere, in quo non parum valui, nequidem latum vnguem fuissem elongatus.

Quibus sanè perbellè quadrant, quæ tam doctè, quàm eleganter exarauit doctus vir. *Bouadill. in sua Polit. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 186 per hæc verba.
400 *Lo Sexto, porque el Rey hizo con el Corregidor vn casi contrato de darle el Officio, paraq̃ se siruiesse en el, con condicion que despues de acabado, por espacio de treynta dias, y no mas, como dispone la Ley, y se lo dize en el titulo del Corregimiẽto, vuiesse de estàr en el pueblo, y hazer se pesquisa contro el de lo mal hecho, lleuado; y procedido en el officio, y satisfazer dello à los querellosos: porque si dixeran al Corregidor, que el termino de hazer pesquisa, è inquision de sù vida contro el, y de pedirle agrauios y hacerle cargos, no hauia de tener limite de termino cierto, y podia ser durara seys, y ocho, y mas meses, la dicha pesquisa, y sentencia della, es verisimil, y considerable epiqueya, que no acceptara el Officio por la insuffrible pension, è entolerable carga, que seria darle el titulo del Corregimiento limitado por vn año, y que la residencia del, no tuuiesse fin, ni circulo de tiempo. y assi por via de cumplimiento, de condicion, y contrato es forzoso que nò se pueda hazer pesquisa passados los treynta dias; Y podrà quexarse el Corregidor con iusticia, que se le haze agrauio, en no guardarle la ley, y el titulo del Officio, y la costumbre expressa, y tacita, con que suele darse, y acceptarse, y obligarle al estraño è insolito: pues los actos de los agentes no deuen obrar mas, de lo que fue sù intencion, ni ampliarse à lo inopinado, en que ay desigualdad, y agrauio por la desproporcion del daño de la residencia, no limitada al prouecho del limitado Officio.* Hæc

Bo-

Bouad qui meam sustinens aciem, quampluribus iuribus, Doctorumq; placitis prædicta conuallat.

401 Quinamplius grauatum *Me* senti, tam in Bannis emanatis, quod procedatur per viam Visitationis, quàm etiam in modo, dum nulla præcesserat summaria inquisitio, nec aliqua parte petente post annum cum dimidio, quo hæc scribo (ad meam detegendam innocentiam) & sic contra solitam seruari formam à iure statutam ex multis affirmat *Reg. Tap decis.* 3.

402 *Senat. Ital. n.* 15. vers. *Imò dicebat, & n* 16. vers. *Neq; sufficere,* inquiens *satis notoria apparere grauamina cum infra tanti temporis decursum, nullus libellus porrectus, nulla querela fuerit proposita, ex quo infert non fuisse processum iuris ordine seruato.*

Et cur non potiùs sindicandi, & visitandi veniunt ij Iudices, qui tempore pestis iustitiam non ministrarunt, imò ab omnibus seclusi negotijs denegarunt vassallis Suæ Maiestatis iustitiam facere, & retardarunt, ianuis semper clausis, expellendo pauperes, & Curiarũ Sectatores, loca salubris aeris expetendo, ibiq; cum tota familia moram trahendo, quando

403 domus mea (adhuc tempore pestis) carebat ianitore, & tamen vidimus melioris conditionis fuisse eos, qui eo tempore non laborauerunt, quàm qui labori incubuerunt, contra *tex.*

404 *in l. pupillus* 25. *ff. quæ in fraud. creditor. l. non solum* 31. *ff. de noxal. actio l. siue hereditaria* 23. *ff. de negot. gest. l. Seruius* 4. *ff. quod vi, aut clam, l. relegatorum, §. vltim. ff. de interd. & relegat.* iunctis his, quæ notarunt *Tiraq. de nobilit. cap.* 24. *n.* 7. *& seq. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent lib.* 12. *tit.* 5. *n.* 16. *Farin.* 2. *par. Nouissim. decis.* 31. *n.* 2. *Gregor. XV. decis.* 5. *n.* 5. *D. Larr.*

405 *allegation. fiscal. cap.* 105. *n.* 29. *lib.* 2. quinimò qui negligenter ministrarunt iustitiam corporaliter, & pecuniariter condẽnari debent. *Io: de Anan. cap. moneamus,* §. *moueantur de heret*

406 *Bertran. cons.* 154. *n.* 5. *lib.* 2. idemque est facere non facienda, ac non facere facienda, *Affl. in rubr. de pac. iuram. firman.*

407 §. *Iudices*, Iustitia namque denegata dicitur, quando Iudex requisitus obmutescit, & non facit quod tenetur, vel differt supersedendo, *Affl. in d.* §. *Iudices* per *tex.* ibi in vers. *Superseder unt,* post *Bal. in cap.* 1. verb. *Nihil respondens de milit. vassall. qui contum. est,* & *l. mancipia, C. de seru. fugitiu. Paris de*

*Put de sindicat.cap.9.*vers.*Sindicatur etiam propter moram non*
408 *exhibita iustitiæ*,post *Bal.in l.fin.C.de senten. pass.*quod si Iu-
dex non interloquitur vbi debet, sed dissimulat, & fingit se
409 non audire, nec in causa procedit, facit iniustitiam, *Falin.*
in cap.excommunicamus col.fin.de haret.Cassan.cons. 38.*per tot.*
vbi multa contra Iudices negligentes, *Boss. de Official.pecun.*
corrupt.n. 12.*&* 24.vers.*Quarta conclusio*, vbi multa ad pro-
positum, *Amed. de sindicat. n.69.cum seqq.*
Reuideantur ea iurgia,quæ illi expedierunt, præsertim de-
creta præambuli perpauca, nam secernentur motiua excitata
semper ad impediendum eorum expeditionem, è contra tu-
410 trinæ ponantur centummille decreta domi à *Me* in contra-
dictorio prolata,ac alia 11517. per Magnam Curiam, vti ex
nota Magnifici Secretarij appositè superiùs trāscripta *n.* 119.
Enumerentur grauamina proposita aduersus decreta mea, &
aliorum, subiaceant ipsi delatores, sindicatui, & visitationi
præcedentibus Bannis? & videbimus? Exploretur ab Vniuer-
so Populo Neapolitano, Vocentur Regnicolæ, Indagatio fiat
strictior de omnibus à *Me* gestis in Officio,præsertim tempo-
411 re pestis, *Me* adhuc eodem morbo laborante, vti ex attesta-
tione Medici superius adducta *n.*90. cui non fui obuius? quo-
modo diù,noctuque inter Leonem, & Caniculam omnibus
Me, domumq; meam adeuntibus, exhibui operam meam?
412 dicant Causidici, Aduocati,& Procuratores, Enarrent pau-
peres, Religiosi, & locorum piorum Administratores, qualē
Me habuerunt in iustitia ministranda? quocumque tempore?
413 Et loquantur de Me (vt verba *Samuelis Prophetæ* mutuem
1.*Regum cap.*7.*&* 12.) *coram Domino, & Christo, vtrum Bo-*
uem cuiusquam tulerim, aut Asinum, si oppressi aliquem, si de
manu cuiusquam munus accepi, & restituam illis? Nam in spem
414 venio conscientiæ meæ innixus responsuros simile mihi da-
turos, *Non esse calumniatum illos, neq; oppressisse, neq; tulisse de*
manu alicuius quippiam Ecclesiast. cap. 46. *circa fin. Dulcet. de*
*sindicat in princip.n.*5.*pag.*357.post *Puteum eod.tract in princ.*
*pag.*77.*n.*4. *Azeu.in rubr.tit.*7.*lib.*3.*n.*3. *Recopil.*de quo memi-
nit *Gulielm. de Benedict in cap.Raynutius*, verb. *Et vxorem nu.*
155.*de testa.Gars.de nobil.Glos.*9.*n.*33 *pag.*220. quorum me-
mor

mor fuit *Bouadill. in Polit.lib. 5. cap. 1. tit. De la residencia n. 22. lit. D.* [Et ex his, dum iure mercedem obtinere debuerim;

415 Viden ? Lector, quid mihi acciderit, adeò quod verba eruditissimi Iureconsulti *Petri Bellugæ* in suo Opere, cui nomen indixit *Speculum Principum rubr. 35. §. Post mortales n. 10. in fin. & seq.* in medium afferre, extraneum non erit, inquit ille in casu suo, *Et Ego de ijs benè debeo recordari, quoniam maledictæ allegationes fuerũt pro Me, quia pro ipsis Ego sum in exilio, & multa damna passus sum, quemadmodum pro iustitia defendenda, debebam præmium habere; sed consolor ex verbo Christi filij Dei Domini Nostri, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c. Deus parcat ei qui in causam mihi est, quoniam sibi modicum profuit, nisi quia venter eius malitia saturatus est, mihi autem cadit in destructionem. Or aduerte, & dimittamus ista pro die Iudicij, vbi de his, & alijs sumus reddituri rationem, instructa inquisitione.*]

416 At quoniam ex Bannorum serie secernitur omnes eorum peritiæ conatus, Delatores meos, ostendisse, atq; omnem animi, ingenijq; vigorem ad cor, in hanc vnam pugnam intentos collegisse, vt *Me* in præambulorum expeditione erranté, malisque vsum actibus depræhenderent, nec priuatim desinunt alijs insinuare, aientes nonnulla præambula expedita fuisse ex non veris probationibus, aliaq; testamentorum falsitatem prætulisse, de quo postmodum partes sunt conquestæ.

Respondebo breuiter, & vnico exemplo, veluti vnico spõgiæ tractu hoc opinamentum, & diffusam calumniam, nullo iure, aut solida traditione stabilitam, abolebo.

417 Quòd veræ nõ fuerint probationes, ad quid *Ego*, siue alius quicumque Iudex teneri poterit? Poteratnè alio modò ius dici, quam ex actis compertum fuerit ? dicant Scioli *textum in Lillicitas, §. veritas. ff. de offic. Præsid.* insinuantem Iudicem teneri ius dicere, & sententiam proferre secundum allegata, & probata, quis deleuit è libris Pandectarum ? & consulant *Doctores* de re agentes, *Less. de iust. & iur. lib. 3. cap. 29. dubit. 10. n. 84 Valasc. axiomat. iur.* verb. *Iudex n. 115. l. si cum dies, §. plenum, ff. de recept. arbitr.* vbi *Bar. Bal.* & *Roma.* perbellè insi-

418 gnem

418 gnem *Didacum in* 1 *variar. cap.* 1. *n.* 7. inquientem etiamsi Iudex esset Supremorum Tribunalium nequidem ex alijs Iudicium interponere poterit, nisi ex ijs, quæ acta demonstrarũt. *Hermosill in Schol. ad l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *quæst.* 7. *n.* 33. *& seqq.* [Eleganter *Reg. Valenz. conf.* 90. *n.* 20. vers. *Nam cum dicta Statuta*, vbi cum Iudicantibus verba faciens, ità fatur; *Quis sibi tribuit authoritatem, aut potestatem, vt sibi tanquam probatum habeat, quod ius non habet pro tali contraueniendo illi celebri regulæ Iurisconsulti Vlpiani in l. illicitas, §. veritas, ff. de Offic. Præsid.?* & multa congerit concordantia *numer. seqq. Ordinat. Lusitanor. lib.* 3. *tit.* 63. *in princ. & tit.* 66. *in princ. Diuu. Thom.* 2. 2. *quæst.* 67. *art* 7. *& de iustitia disp.* 48. *dub.* 2. *n.* 4. 5. *Valasc.* post multos *axiomat. iuris*, verb. *Iudex*, *n.* 115. D. *Larr. alleg. fiscal.* 118. *n.* 11. *in fin. lib.* 2. *Berlic. practicab conclus lib.* 1. *concl.* 7. *rubr. De Iudic & eius Offic. n.* 9. vers. *Et an secundum*, vbi plures congerit. *Mastrill. de magistrat. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 117. *Bobadill. lib.* 1. *Politic. cap.* 5. *n.* 32. *& Morl. in Emporio iuris tit.* 2. *par.* 1. *quæst.* 1 *&* 2. vbi ex multis theorema hoc exornant, & sunt addenda, quæ tradidimus *n* 289. *& seq.*] *D. Larr. alleg. fiscal. cap.* 48. *n.* 8. *lib.* 1. multis consultim prætermissis.

419 Ecce exemplum, Magnif. Franciscus Roccus nũc Regius Consiliarius Collega meus, vti frater si (non germanus) honorandus, tunc Iudex Magnæ Curiæ in Ciuilibus petijt interponi decretum præambuli in eius beneficium ob excessum è viuis Petri Corignani ex testamento, quod deperditum fuisse insinuauit, Producit testes de tenore testamenti deponentes, ac ipsius scripturæ deperditionis, interponitur decretũ præãboli per Magnam Curiam Vicariæ, cuius acta sunt penès Actuarium *Iacobum Pintum*, in cuius exequutionem, omnia bona in hæreditate Petri remansa aucupauit, & modò possidet; Ad Cælum vsque lachrymans, quærimonias defert vxor Petri, & de præambulo prædicto conquæritur, se spoliatum asserens ijs bonis, quæ nemine superexistente ex Agnatis, & Cognatis viro proximioribus, sibi deberi adstruit vigore successorij Edicti *Vndè vir. & vxor*, sicuti passim practicari in Regno idem præstat *Dom. de Franch. decis.* 454. *in fin.* si ex allegatis, & probatis decretum fuit interpositum, quæ adscri-

bi

bi culpa Iudicantibus poterit? Sacrum Consilium est adeundum in gradu appellationis, ibique pro reuocatione præambulorum, vxor Corignani ex nouiter deducendis satagere; plura alia suppetunt exempla, quæ ne longior, quàm par sit videar, lubens omitto.

Quid dicendum super euulgata testamentorum falsitate? Si quando illorum vigore petitis præambulorum decretis Iu-
420 dices annuunt, dum testamenta in publicam formam erant redacta, non abolita, nec cancellata, nec in aliqua parte vitio visibili deturpata, poterat immissio denegari si *tex.* rotundus vim Iusdicentibus facit *in l. fin. C de Edict. Diu. Adrian. toll.* quem in terminis exornat *D. Præs. de Franch. decis. 204. per tot. Illustr.* alter *Præses March Ramon. controuers. forens. cap. 10. centur. 10. Reg. Sanfel. decis. 210. part 2. Reg. Latr. dec. 139. par. 2. & dec. 150.*?

421 Cum igitur secundum iura communia, & Ritus Magnæ Curiæ, decreta præambulorum manarunt, abstrusos, ac difficiles articulos de fideicommissis, Substitutionibus cuiuscúque generis, Transmissionibus, Legatis, Successionibus, tam de iure communi, & Regni, quàm etiam Cōsuetudinario Ciuitatis Neapolis, eorumque gradibus, & Repræsentationibus, ac in alijs materijs non sine magno studio, & labore, decidendo; Nec sine sudore quæstiones inter DD. excitatas, quæ passim occurrerunt, enucleaui ad finem tribuendi ius suum
422 vnicuique nulla Aduocatorum ope adiutus, nempè *An in testamentis confectis tempore pestis, sint necessarij septem testes? Vel sufficiant quinque? & an sufficiant solùm solemnitates iuris gentium? ideoq; sustineatur testamentum duobus, vel tribus testibus interuenientibus?* hique an *idonei esse debeant?* Itidem, *Testamentum tempore pestis scriptum à Parocho præsente vnico tantum teste, qui haberi potuit, an sit validum?* Rursus: *Fœmina tēpore pestis an possint esse testes?* Et an *Notarius tempore pestis in testamento computari debeat, vti testis?* Et quid si *Notarius non fuerit matriculatus?* Et vtrum *in testamento tempore pestis testes debeant esse rogati?* Quid *si testes tempore pestis in testamento adhibiti non viderint, sed audiuerint Testatorem, an testamentum sustineatur? Et an valeat testamentum tempore pestis confectum,*

si in-

si infirmus conualescat? Et quæ sollemnitates requirantur tempore pestis in Codicillis, & Donationibus causa mortis? aliasque plures, quas passim secundum varias casuum figuras determina-
423 ui pluribus reuolutis Codicibus incipiendo à *Rom. in repet. Auth. Similiter, C. ad leg. falcid. & cõs. 70. & 177. 2. vol. Magdal. de numer. testium in testam. requisit. par. 1. n. 22 Bertran. cõs. 212. lib. 2. Card. Tusc. concl.* 122. *tom.* 8. *Arumæum exercit.* 7. *thes.* 11. *Harprect in Commentar. ad Instit tom.* 2. §. 2. vers. *Cum paulatim, de testam. ordinand. Cardin. Lugo de iustit. tom* 2. *disp.* 24. *sect.* 1. *Hün. variar. resol. iur. lib.* 2. *tract.* 5. *quæst.* 5. *Dicastill. de iust lib.* 3. *tract.* 19. *disp.* 1. *dub.* 4. *Ciarlin. controuer. forens. cap.* 109. *tom.* 1. *Vasqu. de success. creat. lib.* 3. §. 22. *n.* 35. *Peregr. decis.* 80. *Clar.* §. *testamentum quæst.* 56. *Molin. de pijs testam. cap.* 83. *Io Vumser. controuers. iur. lib.* 2. *tit* 10. *controu.* 5. *Mynsing. centur.* 1. *obser.* 96. *Gayll. obseru.* 218. *Boccer. de bello cap.* 26. *lib.* 1. *Thes dec.* 180. *Prauidell. de peste tit. de vltim. volunt. Rip. de pest. tit. de priuileg. vltim. volunt. Moller. lib.* 4. *Semestr. cap.* 8. & *in Commentar. ad Constit. Saxonic part.* 4. *Constit.* 4. *Thom. Maul. de vltim. volun. lib.* 1. *tit.* 13. *Marchin. de peste, par.* 8. & alibi, alijsq; pluribus, quibus pro coronide subnectimus per doctum
424 *P. Dianam* nostri æui ornamentum aliàs à *Me* passim, sed nunquam satis laudatum, cui *Me* plurimum, [Quippè qui non est dedignatus scripta mea typis edita cum laude allegare,] ac totum Orbem debere ob insignia eius opera, nemo non affirmauerit in *tract.* 6. *tit. de testam. priuilegiat. resol.* 35. & *seq.* nullus dolus, nulla culpa imputari nobis poterit, secũdum tradita per *Borgn. Caualc. decis.* 11. *num.* 39. quinimò ne de illa quidem quispiam deberet suspicari, si tamen infesti, hostilisq; animi suspictionem tollere sit paratus.

425 Nec mediocriter dolẽdum est, eos aduersus decreta præambulorum à *Me* interposita oblatrasse, qui interrogati, quid sit *Præambulum*, Emoriar, si adhuc didicerint, contra quos exclamat *Consult. in l.* 2. §. *seruos*, verb. *Turpe est, ff. de orig. iur.*

426 Nec valentes homines quidam aduersus decreta prædicta, quicquam substantialiter opponere, vim faciebant, quod eodem die quo libelli à Partibus offerebantur, informatio fieret, & expediebatur præambulum, inferentes in hoc etiã *Me* deli-

deliquisse; quin ampliùs, quod citationes per Edictum in nõnullis deficiebant. *O infelix astutia Malignantium?* Do manus, Graue esse facinùs expeditioni vacare; & apud eos maximè qui impedimenta præbere consueuerunt, ad hoc vt periti, solertesq; videantur, sed à doctis Iudicibus materiam callentibus passim omni tempore patratum, vt celeris litibus
428 finis imponatur, ad *tex.in l properandum, C. de iudic. cum cõcordan. à Me* cõgestis hoc *eod. Resp. n.69. & seqq.* [Nec ex hoc redargui merebam, quia probationes claræ esse debent, vt teneatur Magistratus, Nam pro Iudice præsumitur, *l. si quis, C. de Offic. Ciuil. Iudic.* & firmat *Bal. in l. obseruare, § proficisci quæst 20. ff. de Offic. Procons.* ac omnia iustè, & rectè facere, ad *tex. in cap bonæ memoriæ de appellat. & in l. non cogendum, §. 1. ff. de Procur.* Et in re præsenti accidit, quod nemo de his præãbulis fuit vnquam conquestus, scit etenim Deus, qua mente, quauè intentione, quoq; animo expeditioni vocabam, præser-
430 tim in causis pauperum, & miserabilium personarum. Nec dolus est præsumendus, *l. 1. in princ. ff. de appell. Suarez de Paz in prax. 8. par. tom. 1. cap. vnic. n. 14.*]
431 Nec quod citationes per Edictum defecerint, causam præbet procedendi contra Magistratus, cùm leuis sit omissio, & de modicis non curat Prætor, *l. Scio, ff. de in integr. restit. minor.* Nec cui damnum ex hoc fuerit illatum quemquam conque-
432 rentem audiuimus, vltrà quod Scribarum incuria potuit procedere, vel eo pestis tempore, in quo non erat qui contumacias accusaret. Nec datum est Officialem ex negligentia (si qua tamen in re præsenti allegari potuisset) redargui, nisi pro-
432 batum fuerit negligentiam fuisse ordinatam ad casum, ex quo damnum Tertio inferri potuit, quod probandum pernecessè erit, secundum notabilem doctrinam *Bart. in l. 2. § final.*
433 *ff. si quis caution.* vbi tradit, *Quod ille qui asserit casum euenisse culpa alicuius, probare debet culpam ipsam fuisse ordinatam ad casum, & ob id quod si culpa illa commissa non fuisset, casus non contigisset,* sequuntur *Alex cons. 64 col. vltim. lib. 6. Dec. in l. cõtractus in fin. ff. de reg. iur. Crau. cõs 8. n. 27. Stracc. de mercatur. tit. de Nautis par. 4. n. 2. Petr. Gregor. lib. 1. Syntagmat. cap. 12. n. 2. Decian. respon. 29. n. 29. vers. Quinto vol. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. n. 138.* L Ob

Ob hanc fermè negligentiam impetiri posse Magistratus, non autem ob leuem, tenuit *Alex. in l. argentarius*, §. *cum antè n. 9. ff de eden. Amod. de Sindicat.* & alij relati per *Berart. in Specul. visitat. cap. 17. n. 91. Giurb. conf. 72. n. 2. & seq.* inquiens ne-
434 quidem ob negligentiam Magistratus inquietari debere, nisi interueniat fraus, per *tex. in Authen. Vt Iudic. sine quoq. suffrag.* & rationem affert *Seff. in respons. de Sindicat.* post *tractat. de inhibit. n. 5. Bellug. in Spec. Princip. Rubr. 38. §. post militares n. 17.* vbi *addit. Borrell. Caualc. de Brach. Regio. par. 5. nu. 2. Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 8. n. 2. cum seq. Larr. allegat. fiscal. 100. n. 3. & 101. per tot. Reg. Rouit. in Pragmat. 1. de Sindicat.*
435 Quinimò: nisi crimen commiserit Magistratus baractando, & extorquendo à Prouincialibus, contra eos procedendū minimè fore, tradit *Boss. de Official. corrupt. num. 26. Clar. in pract. crim. quæst. 43.* vers. *Itē Iudex, Giurb. conf. 72. n. 3.* vbi plures citat *Mastrill. de Magistrat. lib. 6. cap. 8 num. 8.* Nec nimis scrupulosè agendum est cum Magistratibus, vti fundat *Bouadill. in Polit. lib. 5. cap. 1. n. 59. & 135.* & quamplurimis congestis, post ipsum aduertit *Mastrill. loc. cit. cap. 8 n. 2.*
436 [Vt verum sit illud enunciatum homines reperiri in dicendis sententijs, qui cum id quod ipsi dicturi erant, videant ab ijs, qui priores dixerunt, quasi præoccupatum, eosq; pudeat, vel idem affirmare, vel palam in sententiam priorum ire, cauillos excogitant correctiunculos, adducunt, & nodum in scyrpo quærunt, aut præstigijs sophisticis aliorum sentētias eludere, & veritatem tenebris inuoluunt, ne cuiquam succubuisse, aut quicquam cuique concessisse videantur.]
437 Rebus itā se habentibus dum animaduerterem anno cum dimidio iam effluxo contra *Me* nihil attentatum esse per Iunctam, viq; maiore detentum, ne Dom. Proregem alloquerer, vulgātibus Delatoribus meis, iratum adhuc aduersus *Me* ob petitam veniam à Iudicatus munere, de quo extat diploma n. 113. cogitaui eiusdem Dom. Proregis voluntatem aucu-
438 pari. [Inuidorum latratus floccipendens, *Seneca* monitum insectatus, *Ille magnus, & nobilis est, qui more magna feræ latratus minuterum canum sauiens obaudit, non vt mures, ac formica, ad quas si manum admoueas, ora conuertunt, pugilla se læ-*

di

di putant, si tangantur, quem recolit eximius *Bouad. lib. 5. cap. 2. rubr.* Del *valor que hà de mostrar el Corregidor en la persecucion de los Capitulantes n. 2.*] quapropter supplicem porrexi libellum de Mense Octobris 1658: eiusmodi.

Excellentissimo Señor

515 *istessa amministratione essere molestato. Et perche Sig. Eccellẽtissimo non hà possuto il supplicante proporre dette sue raggioni, & altre à tempo del detto Sig. Conte di Castrillo, mentre tutte le accennate nullità, & agrauij figuraua la Gionta farle de ordine di detto Sig. Conte, non vedendosi in maniera alcuna tal potestà, ne ordine inserto nelli banni, conforme era di raggione, e rappresentauano li suoi maleuoli, che il d. Conte staua con lui sdegnato per hauerli dimandato licenza dal Giudicato di Vicaria, e sapendo quãto ingiustamente con reu. si procedeua contro il supplicante, attribuendoseli per delitto l'hauer fatte giuridicamente molte espeditioni di liti, anco nel tempo di peste; Per tanto ricorre à Vostra Eccellẽza, e la supplica voglia ordinare si tratti del negotio in Collaterale in sua presẽza sopra le nullità, & aggrauij sudetti, dichiarãdosi nulli li banni de la Gionta in forma di visita per defetto di giurisdittione, & quanto hanno oprato in virtù di essi, apparendo le grauezze da publiche scritture, e le nullità da chiara dispositione di legge, non essendosi mai caso simile practicato, che la Gionta di sei persone visiti vn Ministro senza potestà, acciò sotto il gouerno di V. E. possa ricuperare l'opinione cõceputa appresso il Mõdo, per hauer dato alle stampe molti tomi de la professione legale, che oltre è giusto lo riceuerà a gratia di V. E. con espressa riserua di douer anco ricorrere a piedi di Sua Maestà quando fosse necessario, contro quelli, che ingiustamente l'hanno perseguitato, pregano il Sig. per la salute di V. E. quam Deus.*

516 Hæ laudes, hi fructus mei Officij Iudicatus Magnæ Curię totq; laborum in quibus nullus mihi per otium dies exijt; partem noctium studijs vndicaui; non vacaui somno, sed succubui; & oculos vigilia fatigatos, cadentesque in iurgijs penè innumeris expediendis, detinui. Vt nemo nisi adamantinus non misereatur procellarum in Magistratus munere subeundo aduersus *Me* subortarum, nec inficias iri queit Herculeum animi robur, masculamq; in tot ærumnis constantiam, mihi necessariam fuisse, curis quietem excutientibus, vt modò pro mercede, iustitiam tempore Dom. Comitis Penarandæ iustissimi, ac solertissimi Regni Moderatoris exquiram, [Audendum est, audendum fortibus. Fortuna ipsa aperit viam, inui-

ta etiam, velit nolit,] nec ſine mærore in diſcrimine poſi-
517 tum bonum nomen apud Orbem adeptum vidi iuxta illud *Tacit. in Annal. Contemptu famæ contemnuntur virtutes*, ingenijq; ſeptem liberos huſque modò in lucem editos Genitoris fatum ſuſtinentes, adhuc fluxæ remanere fidei, ob inuidentiũ
518 calumnias, ſed haud quaquam animus deficit, veritati ſinũ quandoq; aperiturum, vt & calumnia ipſa illos laudet, Inuidia miretur, ac valeam, *Ego* cum *Quin. Curt. lib.* 4. dicere, *Ite alacres, & ſpe pleni, vt quam gloriã accepiſtis a maioribus veſtris, poſteris relinquatis,* [Fortiores etenim, ac firmiores eſſe debemus in ijs rebus, in quibus Nos, aut aduerſa Fortuna, aut labor magnus exercuit. In labore viget virtus. Nec poteſt eſſe magnum, quod ſine puluere, & ſudore contingit. *Ita* namque naturæ parenti placuit, vt præſtantiſſima quæq; non niſi ſummis vigilijs conſequamur.]

Meque metipſum obiurgo, nam in fortunato meæ Aduocationis munere, dum lætabundus incumberem, Magiſtratuum Tempeſtatibus me ſubieci. [Vndè *Socrates* ille nõ hominum modò, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus iudicatus, & peremnis Philoſophiæ fons dicere ſolebat.
519 *Radicem virtutum peramaram eſſe, ſed fructum habere iucũdiſſimum: initioq; magnos adferre labores, ſed honeſtiſſimum ſudantibus præmium reponere.*] Quid enim? Sæpè fit, vt Cælo maximè ſereno, ſęuus imber ſubitò cooriatur; ità rebus maximè proſperis, ac lætis, ſæpænumero atra triſtitiæ nebula; mutuòq; ſe excipiunt, bellum, pax, luctus, riſus, morbi, ſanitas, Et quid non? Omnia in motu poſita ſunt, & vicibus ſuis, aut pereũt, aut mutãtur? nec quicquã ſtabile, aut firmũ. Ferẽda tamen omnia, ac votis expetenda meliora. Obliuioni enim
520 non tradam, quod mihi accidit diſputandum in recuſatione propoſita, de qua ſupra *n* 443. An depoſitum duc. 60. per *Me* factum iuxtà *Pragm.* 15. *cap.* 4. *ſub tit. de ſuſpect. Official.* debuerit eſſe duplicatum. quaſi quod Ego non vti Aduocatus, ſed meimet ipſius Defenſor, Principalis habendus eram in ſubſcriptione, ſed ad enucleationem *Pragm.* prædictæ, quæ caſum indeciſum reliquit, plura Ego in iure allegaui, & obtinui pro ſimplici depoſito, de quo adeſt *Diſceptatio mea in* 3. *vol. cap.* 49. vbi curioſum Lectorem remitto. SE-

SECTIO SECVNDA.

His ita peractis; cùm tota mens mea eò tenderet, vt Iunctamet de à *Me* patratis facinoribus iudicium ferret, nec semel pro expeditione iurgij præces effuderim Superioribus, ac Iudicantes adierim, nō potui exitum, vindicare (quo auerso omine, ac numine, adhuc non percipio) vndè mutato Regni moderatore, eiq; supplici porrecto libello, de quo *n.* 513. memoriā egi, meas ille cō miserens ærumnas voce etiam non semel modestè tamen expositas, idemet Dom. Prorex vt certior fieret, num præces meæ veritate niterentur (Nouum etenim quid continebant, nec vsitatum cum alio Magistratu; quinamplius meam non satis angustam librorum supellectilem perquirens, vix Scriptor aliquis occurrit, qui rem similem tot æuis accidisse recēseat) relationem sibi fieri de tota facti serie iniunxit; vndè Iūcta retulit pendere determinationem recusationis à Me propositæ aduersus Consiliarium Franciscum Roccum, ex causis descriptis *hoc eodem Responso n.* 455. *cum seqq.* eamque sic indecisam, obicem parare expeditioni insinuauit, ad quem euadendum rescripsit, cominùs eam determinari nulla interiecta mora.

521 Fuit igitur in Iunctæ subsellio de re pleniùs actum die Sabati 22. Mensis Februarij decursi anni 1659. referente Regio Consiliario Ascanio Raytano, causæ recusationis Commis-
522 sario, & prodijt scitum, quod *Consiliarius Roccus deponat super capitibus præsentatis*; Distulit ille ferè per mensem depositionem facere, quam paucis horis explere poterat, & debue-
523 rat iuxtà consuetum sinceræ fidei Magistratuum morem in Regno, signumque fuit euidens iustificatæ recusationis, *cap. nullus de præsūpt.* quē ad hoc adducit *Testay alleg.* 7. *n.* 15. *lib.* 1. Ac tandem depositione facta omnium sese inscium insinua-
524 uit, exceptis 1. & 8. *Capitibus*, quæ leguntur *n.* 445. *& seq.* & de ijs conuincebatur.

Quare Me audito, ac Memetipsum propriæ causæ Patronum delecto, contra id quod aliàs docui in *volum. Practicar.*

*Obseruat.cap.*80.ita necessitate vrgente,[quæ legi non subia-
525 cet, *l.Tutor qui repertorium.ff.de admin.Tutor.l.vt gradatim, §.1.ff.de muner.& honor.l.non solum. § fin. ff.de excusat.tutor. l.aliquando, ff.de offic.Proconf.l.si quis filio,ff.de iniust.testa.l.1. C.de oper.libert.l.pro Tyronibus, C.de priuil. Dom. Augustal. lib. 11.cap.licet de ferijs cap.quanto in fin. de consuet.cap.exijt col* 4. *in fin. de verbor.signif.in 6.*cum alijs congestis à *Simon.Barbos. in axiomat. iuris commun.*verb.*Necessitas n.*19.] manauit decretum sub die Veneris 21. Mensis Martij eiusdem anni,
526 quod *Non interueniat Consiliarius Roccus, & restituatur depositum*, Votantibus Regijs Consiliarijs *Ascanio Raytano Cõmissario Anello Portio, D.Ioanne Valanilla, & Spectab. Regente D.Falice Vlloa* Iunctæ Præfecto,nec fuit, qui gestorum meorum conscius decretum non collaudauerit, eique applauserit vti vndequaque iustitiam redolens.

Quibus absolutis dum in Iuncta negotium expediendum erat præuia mea instantia in qua expetij declarari innoxium, stantibus literis liberatorialibus in Sindicatu obtentis, quas apud acta produxi,quæq;transcriptæ sunt *n.*20. ac etiam quia nullæ contra Me extabant quærelæ, nec delictum,seu crimen aliquod tẽpore meæ administrationis Iudicatus Magnæ Curiæ patraui, impedimentum expeditioni præbuit animaduersio facta de numero votantium an suffecerint quatuor ex Dominis votantibus præter Consiliarium Roccum iam declaratum suspectum,vel alius in eius locum erat subrogandus?vn-
527 dè Domino Proregi referri visum fuit, qui iussit rem decidi cum ijsdem quatuor Dominis.

Quo rescripto habito,ac commisso negotio Regio Cõsiliario Anello Portio, dum causa recusationis commissa erat Regio Consiliario Ascanio Raytano, die Veneris 14. Mensis Nouembris 1659. infrascriptum manauit è Iuncta decretum.

In Causa V.I.D. Francisci Mariæ Prati olim Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ in Criminalibus, & Ciuilibus super emanatione Bannorum vt in actis.

Die 14. Mens. Nouemb. 1659. Neap facto verbo in Regia Iuncta per Dom. Reg. Consiliarium Anellum Portium Commissarium; Audito Dom. Fisci Patrono eiusdem Io: Hieronymo de Philippis.

528 PEr d. Reg. Iunctam prouisum, & decretum est, quod Visis literis liberatorialibus expeditis per Fidelissimam Ciuitatem Neap. Sindicatus supradicti V.I.D. Francisci Mariæ Prati fol. 26. Non procedatur, stante etiam, quod nō adsunt quærelæ, nec delictum aliquod, pro quo possit procedi contra dictum V. I. D. Franciscum Mariam Pratum, prout præsenti decreto non procedi mandatur, & fiat relatio Suæ Excellentiæ. Hoc suum, &c.

Vlloa Regens, Anellus Portius,
Ascanius Raytanus, D. Io. Valanilla, de Isla.

Vid. Fiscus.

Ex actis Gregorij Ferrarij Actuarij Assumpti.

De quo sanè decreto, è voto tot virorum doctrina conspicuorū profecto, facta relatione Suæ Excellentiæ niuæo suo animi candore, in hunc modum rescripsit:

A Iuan Ieronimo de Philippis Abogado Fiscal de la Regia Camera.

529 *HAbiendo visto el Conde mi Señor la consulta que le hà hecho la Iunta de bienes vacantes, en 15. del corrente*

fo:

sobre que se hà tratado en ella de la causa del Dotor Fraçisco Maria Prato, y probeydo, que atento à su liberatoria del Sindicado, no se proçeda contro el, pues no ay querellas, ni delicto alguno para proçederse, me hà madado responder S.E. a la Iunta, que queda aduertido d'ello. Dios guarde à V. S. Palacio 19. Nouiembre 1659.

D. Inigo Fernandez del Campo.

Ecce igitur expleto iam biennio, quò obiectæ vocetenus criminationes pararunt, vt *Nullæ extiterint querelæ, nec vllum delictum?* [Et in hoc summè notandum est, quod in sententijs
530 Iudicum, causæ ex quibus mouentur, non sunt exprimendæ *cap. sicut de re iud.* nisi tamen euidens sit iniquitas, sicuti peregit *Summus Pontifex in Clem. Pastoralis,* verb. *Causis, de re iud.* vbi *Glos.* adducit *tex. in cap. cum ex literis de in integr. restitut.* & Domini votantes in hoc meo iurgio (sanè tragico, nec vsquam viso) appositè causas non procedendi contra Me assignare voluerunt, vt persecutionis iniquitatem toto Orbi notam facerent.] Perditi sanè homines; ijque Inuidi, qui hasce calumnias struere non sunt veriti, falsè, de me, amareq; differentes, quiq; alieni mali instrumentum esse properarunt, ac siluestres veluti feræ omnem humanitatem exuerunt, [vitam, & mores publicè, & impunè ad libidinem suggillantes, ac ad
531 iram excitantes iuxta illud *Aristotel. 2. Rethor.* ibi. *Nam iusta ira nascitur ex opinione contemptus*] satagentes Me in fama, & æstimatione lædere. Et si *tex. in l. 3. C. de sacros. Eccles.* clamat,
532 homicidas, quæ patrarunt, in se ipsos esse expectaturos; cur non idem euenturum in Honoricidis est sperandum? Ex ijs, quæ plena congessimus manu *n. 37. & seqq.* [Quibus modò subnectimus benè eruditum *Camill. Borrell in Addit. ad Bellug. in specul. Princip. rubr. 1. lit. D. in fin.* qui ex *tex. in cap. homicidium de pœniten. dist.* 1. illud exornat effatum in proposito,
533 *Qui odit, & detrahit, pariter Homicida est*, pluribusque cōuallat. Et sanè si ista omnes criminandi libertas, & Consuetudo in Republica toleratur, neminem profectò sua vitæ tuebitur innocentia; nulli non maleuolorum hominum temerarijs accusationibus impetentur.]

Illud autem subticere nequeo, amicos perpaucos, quos ærumnarum mearum tempore sum expertus, iuxta illud.

Dum

Dum fortuna manet, vultum seruatis amici
Dum cecidit, turpi vertitis ora fuga,

non modicam vim fecisse in suadendo, & memoria recolendo antiqua, vel externa huius rei exempla conquirendo, quã plures Magistratus tùm exteros, cùm Indigenas adhuc supremo fungentes munere, persequutos fuisse, ac visitationis iudicio suppositos, quod mihi cognitum ex varia, ac multiiuga librorum lectione satis erat, præsertim ex ijs, quæ eruditè congerit *D. Io: Bapt. Larr. alleg. fiscal.* 101. *ex n.* *&* *ad* 11. *par.* 2.

At ijs occurrens obseruabam omnes illos fuisse ad iudicium postulatos (licèt iniustè) tempore Sindicatus, vel Visitationis, & contra illos à Quærulautibus oblatos fuisse libellos accusatorios, instructaq; accusationum acie, auditis ijs ad se expurgandum, ac paratis postmodum defensionibus, cognitaque quærelantium calumnia, fuisse absolutos, & ad maiora iudicandi munera meritò prouectos, [Sic casum refero in personam Io: Philippi Testay Iudicis Magnæ Regiæ Curiæ Pa-
535 nhormi, qui de tentata subornatione delatus, ab officio suspensus, & carceri mancipatus, factis defensionibus, fuit absolutus, vti in sua *alleg.* 7. *lib.* 1. ad propriam defensionem *n.* 6. & *alleg.* 8. *n.* 5. *Ioseph. Sess. Magnus Doctor Aragonensis* perse-
536 quutus à Comite de Sanctiago, formato processu nedum liberatus extitit ab inquisitione contra eum parata, verum etiã Comes ipse, alijque denunciantes condemnati fuerunt in expensis, & damnis in duplum, patet ex *Respons.* ipsiusmet *Ioseph* impresso post *tractat. inhibition. Iustitiæ Aragon.* Alium casum discurrit *Reg. Sanfel. dec.* 62. *par.* 1. de delationibus factis in personam *D. Alonsi* Xuarez *Locumtenentis Regiæ Ca-*
537 *maræ Summariæ* viri Doctissimi, cuius nomen silentio præterijt, vbi etiam de alijs Dominis Regentibus Cancellariam iniustè quærelatis fusè loquitur. Sed alijs posthabitis, deterret Me casus relatus à *Dom. Larr. alleg. fiscal.* 561. *lib.* 2. *n.* 7. de Præside Bacæ de Castro, quẽ Prudentissimum, validum, & sapientem affirmat, qui electus ad sedandos impetus Imperij Peruani, cum omnia rectè disponeret, & tumultus pacaret fructus operæ fuit magnis calumnijs, & criminibus accusari, quorum causa duodecim annis detentus fuit in arcæ Villæ de

Arc-

Arcualo, & calumnia detecta fuit absolutus, & redijt ad officium Senatoris, & si antea vitam finiret, relinqueret famam, & honorem maculatum.]

Mihi verò extraneum porrò, & non amplius practicatum
538 contigisse, vt sine querelis, nec delicto aliquo, imò in sindicatu absoluto, peculiari nomine Visitatio publicetur ad solam inuidorum, & maledicorum assertam calumniam, [imò euidentem, quæ execratur à Iure Constitutionum Regni vti habetur in *Const. Pœnam calumniæ rubr. de Pœna calumniæ contra calumniantes stabilita lib.* 2. [Gestorum etenim meorum tempore pestis in iustitia administranda illi æmuli euasi, ac obtrectatores, aduersus Me irruerunt, praua effingentes, ac zizaniam spargentes; Non in obiecta crimina subscribentes, neque (quod caput est) iniecta scelera, vllo præterquàm garrulæ eorum vocis testimonio vera esse adstruentes; Non tamen attentatum à quopiam reor tam facilè, si illud *Esdræ, & Ester cap.* 8. *in fine libri*, de Aman, & Mardocheo practicaretur, vel exequutioni demandaretur id quod in *Leuitico* legi-
539 tur *cap.* 14. illic, *Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū, sicut fecerit, sic fiat ei, fracturā pro fractura, oculū pro oculo, dentē pro dente restituet*, & *Exod. cap.* 25. & in *Deuteronom. cap.* 19. & 20. vbi de pœna talionis, quæ omnia ad propositum ponderat *Berart. in Specul. Visitat. rubr. de Magistrat. & Official. iniustè querelat. cap.* 28. *n.* 5. vers. *Olim verò*, [& *n.* 6. vbi exclamat, *Sed infor-*
540 *tunia Magistratuum, & Iudicum eò vsque peruenit, quòd eiusmodi pœna ex generali Consuetudine ab Aula recessit* vndè.

Qui crimen obijcit, scribat se probaturum; & qui non probauerit, quod obiecit pœnam, quam intulerit, ipse patiatur, respondit *Pontifex in Can. qui crimen* 2 *quæst.* 8. & alibi *in can. Nullus* 2. *quæst.* 4. *Inscriptio semper fiat, vt talionem calumniator recipiat*, & satis de hoc dolet, ac indignatur *Segur. de Aualos in cap.* 1. *par.* 2. *Director. Iudic. n.* 14. illic:
541 *Vera autem ratio quare hæc iustissima pœna talionis ab Aula recessit ni fallor, cupiditas fuit Iudicum, & causarum criminaliū ambitio, ex quo calumniatores punire non curant, sed eos alliciunt, & si in probatione delictorum defecerunt, non solùm inultos relinquunt, imò ex bonis miserrimi accusati, vel ex communi bursa pœ-*

na-

narum expensas ei impendere iubent, licèt *Berart. d. c. 28. n. 7.* as-
542 seruerit in eius locum successisse pœnam calumniatoris, & atrocis, iniuriæ, per quam Magistratibus, & Officialibus iniustè quærelatis succurritur, vti in speciè tradunt *Puteus de Sindicat cap. 1.* verb *Iniuria Officialis, Gregor. ad ius septem partitum in l. 13. tit 1. part. 7. Glos. 3. in fin.* quos refert, & sequitur *insignis Bouadill. lib. 5 cap. 2. n. 94* vbi alios recenset, & *Berart. n. 4* declarat quæ sint pœnæ contra falsos calumniatores, *D. Larr. alleg. 102. n. 17.* qui dolet pęnā talionis hodie in desuetudinē abijsse, & collaudat *l. Taur. final.* qua grauiter puniuntur falsi testes in criminalibus,] vel si ea attenderentur, quæ in terminis cumulat *Bouadill in Politic lib. 5. cap. 2. tit. Del castigo de los Capitulantes calumniosos n. 92. pag. 673 col. 2. tom 2.* Sed sciant necesse fit, quod multi multa loquuntur, pauca asse-
543 quuntur, & quod mendaciorum, vel præsente exemplo hęc sit natura, vt cohærere diù non possint. Herclè, qui mali conscientiam cauet, nullis contumelijs lædi, aut angi potest, sed liberè, securèq; per ærumnas, falsasq; delationes pertransit, id quod Callicles Megaronidi apud Comicum in *Trinum* Aduersarijs reponit: Cum enim Megaronides Callicli obiecisset.

Malè dictitatur tibi vulgò in sermonibus

Callicles prudenter regessit

Est, atque non est mihi in manu, Megaronides:
Quin dicant, non est: meritò, vt ne dicant, id est.

cuius rei attestationem facit *Renerius Barthouius in Epistol. 4. in proem. Operis V Villelm. Anton. de rescript. morator.*

Sunt namque artes istæ seminandi discordias, & vnum in exitium alterius concitandi frequentes in Aulis, & foris, & ferè ex ambitione nasci consueuerunt: & per calūniam, aut vim,
544 eò contenditur. Nec nisi æmulatio est, quā vnus inuidet alteri animi dotes, quibus pollet, ideoq; hoc agit potissimum, aut vt officio arceatur, vbi illæ magis elucent, aut vt conceptā de ijs opinionem deponant alij, aiente *Saauedr. Symbol. politic. 75. pag. mihi 641.*

Rursus: quid nouiùs contingere mihi potuit, vt semel in Sindicatu absolutus, arctiori iudicio Visitationis fuerim postulatus? ijs refragantibus iuribus, Doctorumque placitis,

quæ abundè congeſſi *n.* 127. verſ. *Vtq; dicendi*, præſertim nul-
545 lo exiſtente accuſatore; Dicitur namq; Sindicatus, quaſi de quærelis ſingulorum ſermo ſecundùm DD. antiquos ex notatis à *Gloſ. in l.* 1. §. 1. verb. *Iudicium*, *ff. quòd cuiuſq; Vniuerſ. nom.* & aduertit *Suarez de Paz in prax.* 8. *par. tom.* 1. *in proem. n.* 6. *verſ. Vnde finita.*

Plura alia, eaq; grauiora aduerſus Me parata, ac excogitata molimina, quæ eò huſque liuor pellexit, recenſere poſſem, ſed ne mærore Memetipſum, alioſq; Cordatos, bonæq; mentis viros, quibus fortean erit, vt hæc legenda occurrerint, af-
546 ficiam, miſſa facio, [Illud tantùm in memoria Calumniantium reducens, detractionem exhorritam fuiſſe, tum in Sacris, cùm in prophanis literis, vndè *Diuu. Iacob. cap.* 4. inquit, *Nolite detrahere alterutrum fratres mei, qui detrahit fratri, aut iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem*, Et *Diuu. Petr. Epiſt* 1. *cap.* 2. *Lapis offenſionis, at petra ſcandali his qui offendunt verbo, nec credunt in quo poſiti ſunt*, hinc *Raymundus*, *Iulius lib. Prouerbior.* 3. *Cum audies dicere malum, excuſa illum, de quo audies malum dici habeas pietatem de homine, qui iniuriosè detrahitur, nemo tot habet inimicos, ſicut homo detractor*, & *Salom Prouerb. cap.* 12. *Propter peccata labiorum, ruina proximat*
547 *malo*; *Eligenda eſt enim potius indiſcreta prudentia*, vt dicit *Raynald. Corſus indagation. iur. lib.* 2. *cap.* 20. Et *Prouerb. cap.* 24. *Time Deum fili mi, & Regem, & cum detractoribus non commiſcearis, quia repente conſurget perditio eorum.* & Diuu. *Hieron. Tu te interficis, ſi alijs detrahis, & Iſydor. Quod in alijs, in te potius pertimeſce*, Et *Auguſt. Non detrahas, nec audias detrahētem, quoniam qui detrahit, eradicabitur de terra viuētium.* & *Bernard. Amittunt vitam detractores Deo odibiles, quam quos odit*
548 *Deus, mori neceſſe eſt.*] Ego etenim cōſcientiæ meæ innixus, inſanos perſequentium latratus, obtrectationeſq; contempſi; iuſtitiam ſemper colui, eamq; diù, noctuq; expetentibus miniſtraui, nullis commotus xenijs, aut muneribus; charitate præcipuus fui; neque potentum odia perhorreſcui, neq; inopum præces ſum aſpernatus; Impatiens non modò iniquitatis, ſed etiam negligentiæ, demandato iudicandi muneri, celeriq; iurgiorum, ac iurgantium expeditioni, vehementiùs

to-

totus incubui; Nullis oscitantium quærelis deterritus, vt nimirum si consentientibus litigātium vocibus, publicum plausum tuli, è quo sciscitata fuit inuidia, licèt Ego ab jis minimè ex industria eiusmodi suffragia, ac eulogia corrosissem, emendicassemue; vnusquisque etenim in eo suæ reputat derogatum, in quo aliquod laudi collatum videt alienæ. Pestis lue in Ciuitate grassante, quæ ob eius sæuitiam non modò per totam debacchabatur Vrbem, sed etiam domum meam penetrauit, & totum famulatum meum infecit, atq; absumpsit, nec mihi pepercit, vti constat ex atteſtatione Medici *nu.* 90. à iudicandi munere ob mortis periculum Me non subtraxi; Impauidè certaui inter mortuorum cadauera, quæ sepulturæ, seù foueis tradi curaui, Dom. tunc Regni clauum sustinentis iussibus, vt parerem, de quo extant diplomata *n.* 80. Militiæ desertorem in bello illo Diuino nemo me redarguet. Insidias hominum non expaui. Scuto veritatis suffultus; Namque vt grando tectis magno strepitu illisa, ipsa tamen dissilet; Sic odia hominum, ruinæ, furores, clades, firmum in animum si accidant, franguntur, non frangunt, Deoq; nixus, spernit quicquid affultat, vt fluctus quosdam aquæ abeuntis, & alludentis, non lædentis, vbi robustior materia innocentiæ occurrit. De his tamen hactenus.

Pro Coronide: rescriptum illud, è quo banna, siue programata manasse circumfertur, vti *n.* 26. insinuauimus, hoc est propemodum.

Foris *Al Señor Regente D. Gaspar de Sobremonte.*

Intus verò *EL Conde mi Señor me manda dezir à V.S que hauiendo sidas tan repetidas las querellas, que hà hauido del Iuez Françisco Maria Prato en materia de los preambulos, que hà hecho con occasion del contagio, hà obligado à S.E. à proueer su plaza, respetto de hauer cumplido sù biennio, però porque no es iusto, que si hà delinquido quede sin el castigo, qua mereziere, ni tampoco si esta libre, tenga esta mancha; y no siendo materia de que se tratera en el Sindicado, que hà de dar; Hà resuelto, que en la Iunta de bienes vacātes, de que V.S. es Cabeza se tome informacion, y por todos los terminos de iustiçia se auerigue lo que huuiera*

550

 obra.

obrado en este particular, y se le oygan sus descargos y iuzque todo en forma de Visita, que para ello, y lo dependiente dà S. E. ala dicha Iũta toda l autoridad, que fuere necessaria. Dios guarde à V. S. Palaçio 18. de Iulio 1657. y assi mismo concede S. E. para este negocio toda l'autoridad, que tiene dada à la Iunta para los otros negoçios, que tiene cometidos à ella.

Françisco Antonio Manzolo.

Vt indè quisquis sibi persuadeat inuidis, ac malignis delatoribus aduersus Me obstrepentibus, eiusmodi rescriptum promanasse, zelo iustitiæ D. Prorege ad id cõmoto, vti in simili testatur *Amodeus de sindicat. n. 2. Simanc. de Republ. lib. 7 c. 23.*
551 adeòquod anno iam completo post bannorum promulgationem, Me, ipsum adeuntem, vti criminosum non eiecit, quinimò lætabundus, vtpotè iam gnarus quod contra Me nemo quærimoniam exposuerit, excepit, pollicitusq; fuit, gratia, & fauore Me prosequuturum, id quod alijs Magistratibus insinuauit, & spe bona ducor medius fidius, illud quidem non verbis modo, sed reapse, ac ipso opere expleturum, optimum-
552 que Mecœnatem experturum, imitatus Regem nostrum Serenissimum Philippum IV, qui perpendens zelum Magistratuum, quodq; bene eius muneri satisfacerent, propria manu grates illis reddidit, sicuti accidisse Io. Baptistæ Larrea Fisci Patrono de anno 1634. die 3. Decembris, in margine consultationis per ipsum factæ ad augmentum, & conseruationem patrimonij fiscalis, vbi in hũc modum rescripsit *Doy os las graçias de vuestro çelo.* Sicuti ipsemet fidem præstat in *decis. Granaten. 98. n 48. in fin. lib. 2.* & conducunt *tex.* expressi in *l. vt gradatim, vers. ea lege.* & in *l. rescriptum. § 5. ff. de muner. & ho-*
553 *nor Eos esse ad honores inuitandos, qui onera subierunt*, quos expendit *Io. Vincen. Ann. alleg. 57 n. 10 & duob seqq.*
554 Id quod in iure dispositum reperitur teneri Visitatores, & Sindicatores, quotiescumq; Ministrum aliquem literis, prudẽtia, & virtutibus ornatum, & rectè suo munere functum inuenerint, Principi renunciare cum laude, & commendatione, vt honore extollatur, ad *tex. in l. illustrissimos 3. C. de Offic. Rector. Prouinc. Authen. Vt Iudic. sin. quoquo suffrag. § illud videlicet, vers. Cum liceat eis, l. 1. tit. 10. lib. 3. Recopil. Redin. de Maiest.*

Prin-

*Princ.*verb.*Sed etiam per legitimos tramites n.*204. *Autles in cap.* 4. *Sindicat. Glos. Lo malo,* & ante ipsum *Paz in prax.* 1. *tempor.cap.vnic.n.*15. *Bouadill.in Polit.lib.*5.*cap.*1.*n.*158. ibi, *Pues la ley, y el titulo del Corregimiento ordenan, y mandan, que procuren saber assi lo bueno, como lo malo*, & paulò post, *Para que los buenos Ministros esperassen acrecientamiento de la Real, y Emperial mano, Mastrill.de Magistrat.lib.*6.*cap.*11.*n* 23. ibi, *Sunt*
555 *enim qui se in officijs laudabiliter habuerunt, publicè commendandi, & laudandi* qui adducit *tex.in Constit. Regn. Volumus,*
556 cuius verba sunt, *Nec illud omittimus, quin sicut maleficos, & iniustos quærularum vocibus accusari, & censuræ nostræ vigore, coerceri mandamus; sic iustissimos Iudices, publicis acclamationibus collaudari, & munificentiæ nostræ præmijs decorari volumus*, & de iure cõmuni est *tex.in præcit.l.iustissimos, & in l.*1 *C. de statu.& imagin.* vbi *Bart.* plura cumulat de honore faciendo Officialibus in fine officij, eoque relato se subscribit *cap.* 21. *iudic.Sindicat.n.*3 & in Visitationibus generalibus eiusmodi laudes, seu vituperationes apponi esse solitum in eisdem sententijs post *Parid.de Put.& Auil.* obseruat *Mastrill. in sede indicata n.*26.vers. *Quamuis Bertaz.cons.*81.*sub n.*3. *Raudens.cons.* 49.*n.*12. quorum meminit *D.Larr.d.dec.*98.*n.*48. plura ad rem expendit *Gratian.*1.*vol.forens.cap.*184.*n.*33. *&* 34. vbi
557 quod consueuit antiquitus Magistratibus benè merentibus reddere gratiarum actiones, quæ significabantur per litteras, vel Legatos in præmium benè gestæ administrationis. *O exoptanda tempora?*

Quodque verum sit Delatores inuidos aduersus Me insurrexisse, & falsa insinuasse Dom. Proregi Comiti Castrilli, indè patet, Nam dum supplici meo libello sub die 15. *Iulij* 1657. tertia vice veniam petierim à iudicandi munere, vti apparet *n.*117. vers. *Suplica V. E.* Non indignatus responsum mihi dare suo diplomate sub die 25. eiusdem mensis, & anni, *n.*120. minimè recolet repetitas fuisse querelas aduersus Me porrectas, sicuti in Bãnis enũciatur *d.n.*26. & in rescripto di-
558 recto Iunctæ sub die 18. eiusdem mensis, & anni, sed hæc protulit verba, *En lo que toca à sù proceder de V. S. espera serà como lo refiere aunque nò han dexado de haber algunas quexas*

Vn-

Vndè igitur pullularunt tot repetitæ quærelæ tam breui temporis interstitio? Herclè à malignis,& parum fide dignis,imò
559 ab instigatoribus illis,quorum nonnullos Vrbi & Orbi cognitos insinuaui *n.456*.præsertim in 8.*cap*.recusationis, qui id peregerunt,de quo conqueritur *Paris de Put.de sindic.* verb. *Officialis cap.7.n.2.in fin.pag* 103. & ex multis detestatur *Bouadill in Polit.lib.5.cap.2.rubr.Si los instigadores pag.*654.reui-
560 dendus. [Iisque possem Ego obiecere dictum *Summi Pontificis iu cap.iudicet 3.quæst.7.*ibi, *Iudicet ille de alterius errore,qui non habet in seipso, quod condemnet*, & illic, *Ne cum de alio iu-*
561 *dicet, in se ferat sententiam*, & illud *Matth.7.& Lucæ 6.Eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui*, quibus concinit *Poeta*.

Tollere festucam si vis de fratris ocello
Quæ tua conturbat lumina,tolle trabem.

562 Quo etenim pacto, inquit *tex. in l. si,vxor.* §. *Iudex*, *ff. de adult.*poterunt aliorum vitam corrigere, si seipsos non corrigunt? Vndè inquit. *Apostol.ad Rom.2.Quomodò autem prædicabunt ad non furandum, si ipsi furantur*? Ideò scriptum est,
563 quod ordo correctionis incipiat à se ipso, *cap. porrò in fin. 9. quæst.6.cap nocere* 48.*dist.* plura expedit ad propositum *Berar, in specul.Visitator. cap.2.n.*15.Et vti aliàs *hoc eod.Oper.*præfati sumus*n.* 349. illi Me subornare tentarunt, eius literis pro mei defensione ab originali transcriptis *in* 8. *cap.* recusationis contra illos propositæ *n.* 466. & postmodum exploratores gestorum meorum euaserunt, in quibus nullus adinuentus fuit dolus, nulla labes, sed verax, ac nitida animi propensio ad iustitiam ministrandam (Deo auspice) vbique terrarum conspicua,ità vt quidquid de calumniantibus Me futurum sit
564 apud Deum, non piget illud *Ecclesiast.7. memorare*, *Melior est finis, quàm principium*, & illud vulgare prouerbium, *Omnis laus in fine canitur*, & considerauit *Consultus Claudianus*,diser-
565 tè admodum in *l. aut facta*, §.*euentus*,*ff. de pæn.* Et quis aufugere poterit ex Magistratibus,quod non illi contingit dictū, *Platonis de Repub.lib.3.tit.*1.relatum à *Berart.loc.cit.n.*11.*circa fin.Expedit siquidem, eum qui paret,sperare se imperaturum; Eum autem, qui cum imperio est, cogitare non diù post futurum*,vt ob-

obſequatur. Idque deteſtatur *Diuus Auguſt. lib.* 1. *Confeſſion. Curioſum genus ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum ad corrigendam propriam*, plura congerit ad rem *Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. Princip.* §. 11. *n.* 3. verſ. *Quod autem*, vbi *Addit.* eruditi viri *Camill. Borrell. lit. D.*]

Iam tædio res ne ſit : *Pindarum* audiamus apud *Sguald.* eiuſmodi verba proferentem, *Præclara facta, inuidiæ præmio*
566 *cōpenſantur. Sit ergo homo miſer, quia euadit inuidos*, teſte *Valer. lib.* 4. *Hiſtor* ibi, *Quidam interrogatus; quomodò inuidos non haberet? Reſpōdit, ſi nihil ex magnis rebus habueris, aut nihil feliciter geſſeris; nā ſola miſeria caret inuidia.* Si Ego vti vnus ex Collegis iactabundè dixerim lue peſtis graſſante in Ciuitate Neapolis, non niſi quatuor expediuiſſe præambulorum decreta,
567 ac in Montanea Pauſilipi aeris amenitatem perquirens incolatum feciſſem, vtique de geſtis meis poſt obtentas literas
568 liberatoriales in Sindicatu irregularis iudicij viſitationis duritiem minimè fuiſſem expertus, biennio cum dimidio iam effluxo, ſed vti ille, ad maiora fuiſſem Magiſtratuum munera euectus? vt verè conſonet enunciatum illud peritiſſimi *Dida-*
569 *ci à Saauedra Symbol. politic.* 10. *pag.* 67. *Qui inter alios eminet, iam in periculo eſt, nam zelus quem habet boni publici, aliorum accuſat inertiam, prudentia, aliorum inſcitiam detegit. Hinc iſta in obſequio Principum à parendi ſtudio pericula, hinc virtus, & induſtria, perindè ac vitia in odio ſunt*

Quid indè? Manus Domini abbreuiata non eſt, Conferantur (rogo) quibus Ego laboribus, ac artibus iuſtitiæ obſequentiſſimum Me exhibui, quotque expeditiones fecerim, de quibus *num.* 118. verſ. *Atteſtatio verò*, cum Reſcripto Domini Proregis de mēſe Iulij 1657. emanato *num.* 550. modò inſerto, ac cum Bannis, ſiue Programmatibus *n.* 26. & legatur decretum vltimo loco interpoſitum, & quiſquis ille fuerit bonæ, vel prauæ mentis homo contra ſtimulum calcitrare non poterit, & conſentiat neceſſe eſt, quod à primordio
570 tituli poſterior formatur euētus, aiente *Conſulto in l. à filio*, §. *Neratius, ff. fam. l. hercisc. l.* 1. *C. de imponen. lucratiu. deſcrip. lib.* 1. *cum concord. adductis per Reg. Valenz. conſ.* 89. *n.* 31. *vol.* 1.
571 Quòd finis coronat opus, [Et memores eſſe debemus enū-

cia-

572 ciati *Raphael. Velaterran. lib. 29. Commentarior. cap. 3. Trium oportet Magistratum reminisci, scil. quod hominibus præsidet, quod secundum leges præsidet, & quod non semper præsidet.*
573 Neq; facit monitum insignis Politicus legalis *Bouad. lib. 5. cap. 2. n. 7.* his verbis, *Dios quando conserua entre muchos peligros à vn hombre, es para darle despues alguna muy gran cosa.*]



SECTIO TERTIA.



Ntereà cùm viderim (Deo benè iuuante) calumniç nebulas dispersas, Inuidorumq; aculeos, minimè vulnusculum aliquod meæ existimationi inijcere potuisse, quinimò ab omni Aristarcorum baubatu, liberum euasisse, ac innoxium declaratum Me extitisse iudicio Magistratuum Visitationi meæ Prçpositorum, quod per extensum *in 2. Sect. n.* 526. imprimi curaui, portum petij, cum in quandam immensam maris altitudinem inuectus essem; ad multiplices, permagnas, ac penè inexplicabiles difficultates penitùs superandas non sine ingenti studio, & labore, vnde tædere me cæpit tot laborum in Magistratus munere rectè exercendo exantlatorum, ac spe, & pollicitationibus, Superiorum frustratus, perpendens, inopem consilij rationem absortam merore tabescere, omnique spe destitutam torpescere, tandem deliberatè mecum statui à Iudicum fascibus prorsùs abstinere, & quietis vitam amantẽ deligere, memor dicti *in Ecclesiast cap.* 17. *Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio*. Quapropter plurium dierum, noctiumque interstitio, cogitatu, eò me duxi, vt Aduocationis onere reassumpto (præteriti immemor) meam exquirentibus operam in iurgijs defendendis præstarem, & licèt rationes permultæ, eæque non leues dissuadere poterant, attamen acquieuit animus, præponderãtibus alijs, quæ modò posteritati, tradere, nec otium est, nec congrua se se offert occasio, & consultiùs tacere visum fuit propter æmulorum inuidiam, quam toties expertus non pos-

574 (line beside "ui, portum petij")

576 sum adhuc non plurimum reformidare, quò factum est, vt nulla interiecta mora Tribunalium subsellia adiens, Aduocationis sedem, iure quodam postliminij reaccipiens, subleuatum tot ex ęrumnis Me sensierim, nec aliud ęxpetere, quàm

577 Clientibus opem ferre, ac in mentem venerat, id quod aliàs scripto tradidi in 1. *Practicar. Obseru. cap.* 65. *n.* 1. *& seqq.* Aduocationis munus laudabile, Priuilegiatũ, & honorabile apud

omnes fuisse traditum, ad *tex. in l. sancimus, & l. laudabilem, C. de Aduocat. diuersor.* Iudicior. eiusque exercitij honestatem atque necessitatem pro Reipublicæ bono adeò emicare, vt meritorium honorificum, & licitum dixerit *Cassan. in Catha-*
578 *log. Glor. Mund. par. 6. cap.* 28 eò quod Doctoratus, dignitas est, & Aduocati dicuntur Personæ illustres, secundùm *Bald. in proem. Digestor.* vbi *Bart. Abb. in cap.* Clerici *n.* 3. plura congerit benè eruditus *Muscatell in tract. de Doctorat. dignit. & author. par. 2. n.* 33. vbi post Theologicam scientiam, supremã authoritatẽ dicit, ibiq; *nostra Additio* incip. *Praclara virtutis eulogia pag.* 788. *col.* 1. & conuincunt disposita per iura ciuilia in *l. Aduocati, C. de Aduocat. diuersor iudicior.* ibi, *Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & tho-*
579 *race nituntur, sed etiam Aduocatos, Militant namque Causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine laborantium spem, vitam, & posteros defendunt*, & *in Auth.* Habita, *C. Ne filius pro patr.* illic *Quorum scientia mundus illuminatur ad obediẽdum Deo, & Nobis eius Ministris vita eorum informatur, Falin. in cap. 2. de Magistrat. Io: Vinc. Ann. alleg.* 123. *n.* 3. *Reg. Valẽz. cons.* 34. *n.* 60. *& seq.* vbi plura in laudem Aduocatorum, *Narbon. ad ll. Regi. lib. 4. tit. 1. leg. 20. Glos. 20. n. 96. Paul. Xamar. in tract. de Offic. Iudic. & Aduoc. part. 1. quæst. 1. n. 1. & per tot.* vbi plenè agit qualem oporteat esse Aduocatum.

Quæ tñ intelligẽda sunt de ijs Aduocatis, qui eorũ muneri rectè cõsulũt, & iura callẽt, eaq; obseruant, quæ *Egomet* in supracitata *Addit. ad Muscatell.* indicaui vers. *Plura tamen*, quò loci Lectorem remitto, De istis etenim vulgatum prodijt
580 Doctorum effatum, plus mereri Aduocatos legitimè munus suum obeuntes, quàm *Sacri* verbi concionatores, de quo *Ias. in l. 1. n. 8. ff. de iustit. & iur. Silu. nuptial. lib. 3. n. 20. Burg. de Paz in proem. ll. Taur. n.* 382. cuius rei rationem affert *Alber. in l. 1. n. 6. C. de suffrag.* nempè quia spiritualia opera, & corporalia ipsi exequantur: quippè qui, consulunt dubitantibus, consolantur mæstos, peccantes corrigunt, seu corrigi faciunt, infestos, eisque molestos perferunt litigatores, pro omnibus denique orant, qui ad eos recurrunt, pro captis postulant, miserabiles eorum patrocinio adiuuant, ac eos qui adiutorio de-

sti-

stituuntur, sicuti disertè tradit *Mattiens. in Dialog. Relator. par.*
1. cap. 7. n. 5. Parlador. rer. quotidianar. lib. 1. cap. 2. n. 20. alijque
à *Me* congesti in *d. cap. 65. Practicar. Obseru. n. 4. & 5. Gabriel*
Aluarez de Velasc. de Priuileg pauper. q. 9. n. 14. & q. 4. n. 36.
Non autem de ijs, qui vilissimi, legibus exosi, &
581 Doctorum nomine indigni prædicantur, vtpotè qui
miseros Clientes, cùm se, & sua arcana eis commiserint,
præuaricationibus, & collusionibus produnt, & fallunt, isti
sunt quos *Apuleius Vulturios Togatos* vocauit, vt quibus præ-
uaricari, reos prodere, & sanguinaria rapacitate homines ex-
carnificare moris sit, vndè *Cicero pro Sexio, Vulturios Paludatos*
appellauit *Gabricium, & Pisonem Imperatores,* qui pretio nun-
dinarentur omnia, vt scribit *Celius Rhodigin. lectio. antiquarū*
582 *c. 18. lib.* 8. Et licèt *Demosthenes* Oratorū Græcorū Princeps
tali infamia præuaricatoris notatus fuerit, vti refert *Aul. Gell.*
noct. pract. lib. 1. c. 9. & Oldra. magni nominis Iurecōsultus, vt
Castrēs. tradit *in l. 1. in fin. C. de Aduoc. diuers. Iudicior.* tñ tātū
facinus, exhorrendum est, & à Republica extirpandum, ac
583 rogandum apud Deum, ne nostrorum deturpent Aduoca-
torum subsellia, Nam vltra infamiam, quam incurrunt si de
hoc conuicti fuerint crimine, pœnis etiā grauibus puniuntur,
de quo est *tex. in l. athletas, §. pen.* vbi *Ang. & Castr. n. 3. ff. de his*
qui notan. infam. l. præuaricatores 212. ff de verb. sign. vbi *Repe-*
tentes passim, *Bart. in l. 1. ff. de præuaricator. l. 4 ff. eod. & l. seq.*
Specul. de Aduoc. §. Obijcitur n. 13. Menoch. de arbitrar. Iudic.
cas. 323. n. 3. ad. 10. Auend. de exeq. mand. reg. lib. 1. cap. 2. n. 24.
& seq. Boss. in pract. rubr. de præuaricator. n. 1. & 2. Peregr. de iur.
Fisc. lib. 7. tit. 2. n. 9. Suarez de Paz in pract. Annot. 5. n. 46. Fa-
rinac. tit. de Inquis. quæst. 4. n. 15 Iul. Clar. lib. 5. sententiar. §. fin.
quæst. 72. apud quos videri potest, quantum Iura, & homines
exprobauerint tale quid perpetrantes, *Paul. Xamar. in tract.*
de Offic. Iudic. & Aduoc. part. 2. quæst. 4. rubr. De Præuaricat. &
584 *Collusion. Aduocator.* qui vltra præcitatos, alios affert, & be-
nè declarat genera præuaricationum, easq; committentium
punitiones, notabilis Constitutio Constantini Imperatoris
585 passim expeditur contra auidos Causarū Patronos, *in l. 1.*
de Postul in Cod. Theodos. ijs verbis, *Aduocatos, qui consceleratis*

 de-

depactionibus, sua opis egentes spoliant, atque denudant, non iure causa, sed fundorum, pecorum, & mancipiorum qualitate, ratione que tractata, dum eorum præcipua poscunt, coacta sibi pactione, transcribi; ab honestorum cætu, iudiciorumq; conspectu, segregari præcipimus, quam cum laude commendat Cardinal. *Baron. in eius Annalib. tom. 3. pag. mihi* 275. *lit. E.* vers. *Rursum verò.*

Alacri igitur animo statim, ac Aduocationis munus reassũpsi Clientum non infrequentium patrocinijs aditus, ijs impẽsè addictus, veritatique innixus, indiscussum, nihil, quod ambiguum, vel veritati contrarium esse senserim, iurgia tum ciuilia, cùm criminalia magni ponderis defendebam, ac eorũ
586 nonnulla pro pauperibus, nulla recepta mercede, sicuti in meis Disceptationibus è typis proditis agnosci pot est, maximè *in* 3. *vol. cap* 15. & 20. præter alia quamplura in 1. *vol. Responsorum Criminalium.* Edoctus siquidem sum ex *Glos. in cap. Statutum* 11. *S. insuper*, verb. *Pauperes de rescr. in* 6. Aduocatũ
587 teneri gratis pro pauperibus patrocinium præstare, quam omnes sequuntur, *Dec. in cap. ex Epistola n.* 212. *de probat. Ias. in S. Tripli n.* 45. *instit. de action. Guid. Pap. dec.* 561. *Couarr practicar. quæst. cap.* 6. *n.* 4. *Gregor. Lopez in Scholijs ad ius septempartitum Glos. Llanamente in l.* 6. *tit.* 22. *part.* 3. & *in l.* 16. *tit.* 9. *part.* 2. *Borrell. in Summ. deciss. tit.* 65. *de Aduocator. Offic. n.* 37. *Flores Diaz de Mena variar. lib.* 1. *quæst.* 8. *S.* 1. *n.* 52. *Vasq. Menchac. de success. creat. S.* 2. *n.* 528. *Ioseph Ludou. dec. Perus.* 111. *n.* 8. & *duob. seqq. Iacob. Benn. de priuil. Iureconsult. part.* 3. *priuil.* 71. *n.* 8. *Caccial. in tract. de Aduocat. quæst.* 3. *n.* 10. *Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 19. & *seq. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 369. *n.* 3. *Auiles in cap.* 7. *Prætor. Glos. Han de llenar. n.* 3. *Cabed. dec. Lusitan.* 214. *n.* 7. *par.* 1. *Gayll. practicar. obseruat. lib.* 1. *obser. n.* 43. *ex n.* 10. *cum seqq. Tiraq. de nobilitat. cap.* 29. *n.* 39. *Carauit super rit. Magn. Cur.* 99. *n.* 8. & 9. vbi quod
588 Aduocatus si aliquid pro patrocinio accipit, in foro consciẽtiæ peccaret, itaque sustinuisse Theologos quamplures, firmat *Velasc. d. tract. part.* 1. *quæst.* 28. *n.* 43. *circa fin.* quodq; recipiens peccat, *Baeça de inope debitor. cap.* 12. *n.* 15. *Rolan. à Vall. cons.* 87. *n.* 28. *lib* 2. *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordinã. pag.* 400. vers. *Sextò dubitatur*, quibus facit, quod legitur in veteri testa-

men-

mento *Ecclesiast. cap. 7. Pauperi porrige manum tuam*, *&* Iob. *cap. 29. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, dili-*
589 *gentissimè inuestigabam*. Et nolens pro egenis patrocinari, mortaliter peccat *Lupus in tract. de illegit. & natural.* relatus à *Guazzin. de defens. reor. defens. 24. cap. 2. n. 8.* post *Angelicum 2. 2. quæst. 71.* vbi *Caietan. Petr. Aragon. & Michael Salon. Carrot. de locat. & conduct. rubr. de fructib. & litium expens. quæst. 8. n. 45. Viuius dec.* seù mauis *quæst. iuris 159. n. 2. & seq. Treutler. Selectar. part. 5. disput. 8. thes. 1. Borrell. in sede indicata n. 39.*
590 Quinamplius? Aduocatum salarium à paupere extorquentem ad restitutionem teneri, post *Siluest. & Angel.* tenet *Florez Diez de Mena loc. cit. n. 52.*
591 Est benè verum, quod in hac Florentissima Ciuitate Neapolis, quæ mater est Aduocatorum insignium, non desunt qui eiusmodi pietatis opus exerceant erga pauperes iurgantes, ij maximè qui Doctores sunt, & Aduocati quorum inopia erat tempore. Io: *Vincentij Ann. alleg. 79.* qui testatum reliquit ex ore Andreæ Pons de Leon Regiæ Cameræ Locútenentis, quem virum egregium dicit *Dom. Præs. Sacr. Cons. Merlinus* omni æuo recolendus *in 2. controuers. forens. cap. 46.*
592 *in fin.* qui vers. *Cum longè*, ita fatur *Parum hac tempestate proficiunt allegationes Aduocatorum, vel quia multitudo litium in infinitum penè creuit, vnde verè tempus deficit, vel quia germina Aduocatorum intempestiuè admodum florescunt, vnde fit, vt citò marcescant*: Hæc tantus vir ab experimento verba proferens.

Vtque è semita ad viam redeam, dum pluries patrocinium præstiterim coram Dom. Comite Penarandæ Regni Clauum
594 sustinente, in Collaterali Consilio, etiam peculiari eius iussu in grauioribus causis, nihil aliud moliens, quàm expetentiũ votis compotem Me reddere, idem Dom. Prorex insinuauit mihi, & à Supremi Ordinis Magistratu insinuare fecit, suo sedere animo, Me iterum ad Iudicatum Magnæ Curiæ promouere, donec casus euenerit ad maiora munera per Sacram Catholicam Maiestatem præuia eius nominatione conferenda, Me *proponere*, suam adstringens fidem apud eandem Maiestatem suam operam totis viribus adhibiturum.

Inge-

594 Ingenuè fateor non pauca animi perturbatione commotum extitisse, siquidem iacta erat iamdudum pro me alea à Magistratu quolibet abstinere, nec sine ratione, ijs attentis, quæ in *duabus præcedentibus Sectionibus*, latiori calamo, nec sine mærore exaraui, memoria recolens, quod multi adhuc supremi ordinis Magistratus, cum quibus, re, nec nomine com-
595 parandum Me fore; sat scio, eorum muneri renunciauerūt, sic Paulus de Aretio Regius Consiliarius, dimissis dignitatis infulis, Clericorum Regularium ordinem adsciuit, licèt postmodum à Summo Sacrorum Antistite Pio V. Cardinalatus apicem ascendit, vti in eius vita, & apud *Episcop. Liparulum* in vita *Isern. proem. eius Operis de feud.* D. Io: Franc. de Pont. Supremi Senatus Italiæ, & Regni Neapolitani Cancellariam Regens, facta renunciatione eius muneris eundem Clericorū Regularium ordinem elegit, & in Regno Siciliæ vltra Pharū Rutilius Xirocta Præses Tribunalis Regij Patrimonij, dimisso munere Societatem Iesu adijt, & Octauius Corsetus Magnus Aduocatus, & Iudex Magnæ Regiæ Curiæ, nedum à iudicatura, verum etiam ab Aduocandi munere se exemit, teste *Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 24. n. 8. & seq.* vbi mentionē quoq; fecit de Petro Antonio Mastrillo eius Patruo Præsidente Regiæ Cameræ Summariæ huius Regni, & in princ.
596 veterum insignium virorum curiosè enarrat.

Sed ne viderer opinionem de Me à tāto viro Regni Optimo moderatore cōceptā aspernari, subieci Me eius arbitrio, ac iussibus illius parui, vndè Iudicatus Criminū iteratò munus assūpsi, in quo qualē meā præstiterim operā, de memetipso testimonium non adhibeo, cùm omnibus innotuerit quanto labore, quantaque diligentia ònus iudicandi pro viribus expleuerim, ideoque aliorum esto Iudicium; Satis erit asserere quod Dom. Prorex dum occasio se præbuerit nominandi ad perpetua Magistratuum munera pollicitis annuit, & in locum Regij Consiliarij Hortentij Pepe assumpti ad munus Præsiden-
597 tis Regiæ Cameræ Summariæ Me proposuit Sacræ Catholicæ Maiestati, quæ nominationem cum laude, (quæ sua fuit
598 humanitas) approbans, elegit Me, & die 11. Mensis Octobris 1665. possessionem adeptus fui, in qua, (Deo Duce) maneo,

neo, & totis viribus in administranda iustitia operã impendo,
599 & licèt munus sit honorificum, iudicandi (præsertim in Sacro Regio Consilio, quod Regis personam representat, & Præfecto Prætorio æquiparatur, vti fidem præstat *Matth. de Affl. dec.* 120. *n.* 6. & alij passim ex Nostratibus *Cassiad. lib.* 11. *Epist.* 9. *Iodoch. Pãphou. in Enchiridione similium*, verb. *Senatus*, *Redin. de Maiest. Princip.* verb. *Sed etiam legibus n.* 103. *Caph. cons.* 4. *n.* 28. *lib.* 1. & habetur in *iure septempartito l.* 23. *tit.* 9. *par.* 1. vbi *Gregor Lopez glos.* 3.) vt per *Io: Menach. in cap. si contra n.* 2. *de offic. deleg. in* 6. & *in cap. quamuis n.* 2. *eod. tit. cap. vt debitus honor de appellat.* vbi *Anton. de Butr. n.* 2. *Dec. in cap. scifcitatus n.* 10. *de rescr. Rot. de conceff. præben. dec.* 17. *in nouis*, *Bellamer. cons.* 5. *n.* 31. & *in cap. Romana n.* 33. *de rescr. in* 6. *Roder. Zamor in*
600 *Specul. vita humanæ lib.* 1. *cap.* 15. tñ ab experimento agnoui satis ẽt esse onerosũ, & periculosũ, sicuti innuit *tex. in cap Pastoralis de offic. deleg.* verb. *Exonerare*, *cap. Pastoralis*, §. 1. *de officordinar.* ibi, *In onere*, & *honore*, *Io: Andr. quæst.* 38. *super regul. Mutare de reg. iur. in* 6. *n.* 1. 2. & 8. & passim in iure officia, &
601 Magistratus, onus quidẽ, non beneficiũ nuncupantur, *l. munerum*, verb. *Iudicandi quoque*, *ff. de muner.* & *honor. Authen. iusiurand. quod præst. ab his in princ. l.* 1. §. *vel castrense*, *ff. de collat. bonor. l. continet*, §. 1. & ibi *Glos. ff. quod met. caus. cap. qui Episcopatum* 8. *quæst* 5. *Menoch de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 41. *n.* 3. *Segur. in decret. Iud. par.* 1. *cap.* 14. *n.* 36. vers. *Præterea. Mastrill. de Magistr. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 26. Matthiens. *in Dialog. relator.* 4. *cap.* 12. *sub n.* 5. vbi post *Diuum Gregor. in Pastorali*, ait, *maximum*
602 *afferre oneris*, & *laboris Magistratum*, *cùm aliud non sit*, *nisi tempestas mentis*, *in qua cogitationum procellis*, *semper nauis cordis quatitur*, *huc*, & *illuc incessanter impellitur*, *vt per repentinos excessus oris*, & *operis*, *quasi per obuiantia saxa frangatur*, & *quod hic eminet omne*, *plus mæroribus afficit*, *quàm honoribus gaudet*, *ad tex. in cap. nerui* 13. *dist.* vndè *tex. in cap aduersus*, *de immun. Eccles.* inquit, *Succedentem in onere*, *succedere etiã in honore*, *Foller. in prax. crim par.* 7. *rubr. de laudib.* & *fructib. officior.*
603 vbi enumerans aduersa, quæ acciderunt propter iustitiam, *Vlpiano*, *Papiniano Martiano*, *Mutio*, *Domitio*, & *Appiano Iureconsultis*, ex quibus tota ferè iuris prudentia effluxit, alijsque

quos

quos enumerat *Cagnol. in l. 2. ff. de orig. iur. verf. final. n. 560.* vbi notabiliter inquit. *fic decem viri, à quibus omne ius noſtrum profluxiſſe videtur, vel in carcere, vel in exilio, vel morti traditi infeliciter perierunt, eis namque quantum legalis philoſophia ad animi tranquillitatem, & rempublicam tuendam profuit, tantum*
604 *Magiſtratuum moles nocuit*, ibique *Foller.* refert caſum necis Andreæ de Iſernia, qui ob eius ſummam doctrinam Euangeliſtæ nomato adeptus fuit in Regno, & tamen propter ſentētiam à ſe prolatam contra quemdam Gallicum, interfectus fuit, vti tradit quoq; *Paris de Puteo, de ſindicat. tit. de exceſ. cauſ. in fin.* qui meminit *in 3. col. in fin* nec immemor *Ego* fui in *Reſponſ. Criminal Reſp. 24. n. 54. & ſeq. Angelum Aretinum* famoſum Iureconſultum, & patrem practicæ ob exercitum mu-
605 nus aſſeſſoratus Nurſiæ, per annum in vinculis coniectum fuiſſe, ob quærelas contra ipſum expoſitas tempore Sindicatus, & mortem euaſit ob reſponſa ad ſui defenſionem edita
606 per omnia Italiæ Collegia, idemque *Foller loc. cit. n. 9.* receſſet in ſui perſonam eueniſſe, quod ob officium Auditoratus in Principatu Salerni, per ſex menſes in carceribus Magnæ Curiæ Vicariæ detentus fuit, quem caſum recenſet *D. Reg. Conſiliar. Honuphrius de Palma* Fiſci Magnæ Curiæ, munus per plures annos cum fama exercens in *Reſponſ. fiſcal.* quod
607 inter mea eſt 50. n. 50. multis mihi nominibus commendādus, fidus in Aduerſitatibus amicus meus.

Ego verò, ne multus videar, pluribus alijs de induſtria prętermiſſis, quæq; ſparſim apud Scribentes legi de fructibus of-
608 ficiorum conſueui vnum ponderare, quod iurgantes ij, qui iurgij victoriam obtinuerunt, iuſtitiæ tribuunt non Iudici, qui verò ſuccubuerunt iniuſtum Iudicem redarguunt, & ſic inimicus illi euaſus, quæ mala aduerſus ipſum non proferunt? Quas non deferunt quærimonias? Delationes quas non ex-
609 citant? Intantū quod licèt magnis colatur honoribus Magiſtratus; multis tamen malis, & incommodis agitatur, gaudiū furunculi inſtar habet, latenti inflammatione micans, nec liberum, & tranquillum ſpiritum ducit, ſecundùm *Plutarc. in Problem. & in præcept. reg. Reipubl.* vbi ſubdit, quod nedum res ipſæ tantùm publicè adminiſtratæ, ſed & ſingula Magi-

ſtra

stratuum verba notantur, victus quoq; ioci, domus, ipsa familia, vxor, cubile, curiosiùs inquiri solet, & benè ponderat *Mastrill d. cap. 30. n. 24.*

610 Adeò quod: DD. dixerint Officialem teneri dè delictis familiæ, vt est optimus *tex. in l. 1. C. ad leg. Iul. repetundar.* secundū *Bellug. in Specul. Princip. rub. 35. de grauam. Ciuit. n. 1.* vers. *Et nedum*, vbi *Borrell. in Addit. lit. B.* adducit, *Curt. iun. in l. 1. n. 13. C. de seru. fugitiu. Franc. Marc. dec. 61. vol. 1. Gram. dec. 34. n. 39. Ioan de Arnon. dialog. 4 Zas. cons. 15. vol. 1. Plaça in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 14.*

611 Et cum hoc anno, quo hæc scribo, casus disputandus euenerit in vxore cuiusdam Magistratus, quæ dietim plura sibi commodari à multis faciebat, vasa aurea, & argentea, Gemmas, & Monilia, & huiusmodi generis alia, illaq; postmodum pignori dabat penes Tabulas nummularias huius Fidelissimę Ciuitatis, & restituere Dominis differebat, qua de re commoti, virum adierunt, qui se gestorum per vxorem inscium asserebat, ideoque ad nihilum teneri adstruebat, vndè adierunt Dom. meum Eminentissimum, & Reuerendissimum Cardinalem de Aragonia solertissimum Regni Proregem, pro restitutione bonorum, qui mediante eius rescripto, cognitionem, ac determinationem rei, demandauit Spectab. Dom.

612 Regenti Donato Antonio de Marinis doctrina, & integritate conspicuo, nuper non sine ingenti omnium mærore vita functo, coram quo prosequentes Domini rerum Iudicium partibus auditis, strenuè Officialis se defendebat ad nihilum teneri, eò quod nullam habuit scientiam de gestis per vxorē, ideoq; iniustè molestari, cùm leges vetent ob culpam coniugis, coniugem damnari, *l. ob maritorum. l. cum te, & tot. tit. C.*

613 *nę vxor pro marito*; nec æquum est ex alterius facto aliquē

614 puniri, aut damnum pati, *l. paterfam. ff. de hered. instit. l. Sācimus, C. de pæn. Larr. d. dec. 48. n. 7. & 23.* vbi alienum à iure

615 esse inquit, quòd crimen filiorum, aut vxoris excessum, parenti, aut marito imputari, *d. tit. C. nè vxor pro marito, l. vnic. C. vt nullus ex vicaneis lib. 11. l. Sancimus, C. de pæn. l. legem, C. de natural liber. l. si quis in suo, § legis, C. de inoffic. testam.* & *de iure Hispano* adest *l. 15. tit. 50. par. 7.* vbi *Gregor.* verb. *Contra dicho l. 9. tit. 31. eadem par. 7.* R At

At ex Aduerſo dicebatur vium conſcium fuiſſe, nec ſemel
rogatum pro reſtitutione per vxorem facienda, & quatenus:
616 veritate niteretur eius aſſerta ignorantia, ſaltim de iure
ſcientia præſumebatur, ad *tex. in l. conſenſu, §. ſuper, C. de repud.*
vbi communiter *Scribentes, Felin. & Dec. in cap. tertio loco de*
probat. Alex. conſ. 151. col. 2. lib. 5. Hyppol. de Marſil. ſing. 73 &
conſ. 21. n. 12. Rimin. in l. 5. num. 155. ff. de offic. eius. Domeſtici
617 enim præſumuntur conſcij eorum, quæ in domo aguntur,
l. fin. C. ad leg. Cornel. de ſicar. vbi *Salic. l. in adulterijs 32. ff. ad*
leg. Iul. de adult. Foller. in pract. crim. verb. *Capiat informationẽ*
n. 20. & verb. *Dentur capitula, quod ſuffocauit vxorem num. 9.*
Franc. Brun. tract. de indit. & tortur. quæſt. 4 par. 2. n. 14. Mar-
tin. Vran. in cap. in literis n. 8. de teſt. Reg. Valenz. conſ. 41. n. 70.
618 *lib. 1.* Maximè vir, qui caput domus, & familiæ eſt, & cum
eadem caro, & corpus, *l. quicumq; C. de re militar. cap. debitum*
de bigam. cuius conditionem noſſe deberet; *arg. l. ſi vt certo,*
verſ. *Planè, ff. commodat.* & Iudicem maritum pro facto vxo-
ris, & familiæ teneri ſuadetur, *ex tex. in l. 1. C. ad leg. Iul repe-*
tun idq; iure Hiſpano ꝓbatur *l. 8. tit. 23. par. 3.* & aliquãtò ſtri-
ctiùs, etiamſi ignorauerint, pænis ſubiacebunt, *l. 1.* ibi, *Aunque*
digan, que nò lo ſupieron, l. 4. tit. 6. lib. 3. Recopil. & ex Mattienz.
Auendañ. Azeued. Paz, & alijs pluribus exornat *Bouadill. lib.*
5. Politic. cap. 1. n. 78 cum ſeqq. & bona *Gloſ. 8. poſt princ. in l.*
2. tit. 2. lib. 2. ll. fori, quorũ meminit *D. Larr. dec. Granat. 48. n.*
9. verſ. *Igitur, & Iudicem part. 1.*
619 Eò fortiùs: quia vxor dicitur ſocia thori, conſors vitæ, ſe-
620 cundùm *Quintilian. declam. 376. Imò* diuinæ, & humanæ
domus cum marito ſocietatem habet, ad *tex. in l. aduerſus, C.*
de crim. expilat. hæredit. Menoch. lib. 2. de arbitrar. caſ. 420. n.
52. Bonus de Curtil *tract de Nobilit. par. 4 n. 185. Hieronym.*
Grat. conſ. 113. n. 9. vol 2. & benè ſuadetur ex *veter. teſtam. Ge-*
neſ. cap. 2. illic: *Mulier quam mihi dediſti ſociam, cap. 2. de ſponſal.*
Rojas de ſucceſſ cap. 33. n. 16. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 1 ff. ad Senat.
Conſ. Syllan.

Nec inficias iri poteſt, quod ſi Officialis tenetur de deli-
ctis familiæ vti ſuperiùs indicauimus *n. 610.* tenetur quoque
de commiſſis per vxorem, ad *tex. in l. fin. C. de verbor. ſignif. &*

in

in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. eod. vbi cõmunis *Repetentiũ Schola*, & benè declarat insignis *Gregor. Lopez in Scholijs ad ius Partitarum Hispaniæ l. 6. tit. 33. Glos. 1. & Glos. familia lib. 7.*
621 quod vxor familiæ nomine continetur, & de vxore tradit *Cornel. Tacit. lib. 4. Annal. & Consultus Vlpian. in l. obseruare 4. §. proficisci, ff. de Offic. Proconsul.* ibi, *Proficisci autem Proconsu-*
622 *lem meliùs est sine vxore, sed & cũ vxore potest, dummodò sciat Senatum, Messala, & Cotta Consulibus, censuisse futurum, vt siquid vxores eorum, qui in Officia proficiscuntur, deliquerunt, ab ipso ratio, & vindicta exigatur, Petr. Gregor. in Syntag. iur. 3. part. lib. 47. n. 29. in fin. l. 1. tit. 6. lib. 3. Recopil. Auil in cap. 1. Prætorum* verb. *Mugeres, &* verb. *Ni hijos, & in cap. 43. Glos. No consentiran n. 2.* post *Amed. de Sindicat. n. 198. pag. 65. Tiber. Decian. in 2. tom. crim. lib. 8. cap. 35. n. 26. & Glos. in d. l. obser-*
623 *uare, §. proficisci,* verb. *Ratio,* format quæsitum, huiusmodi, *Si ergo ipsa* (de vxore loquitur) *surripuit, numquid actione furti maritus conuenitur propter suam culpam? Respondent quidam quod sic, nec tamen infamatur, quia alieno nomine, licèt propter suam culpam conueniatur, vt infr. de ijs, qui notant. infam. l. furti, §. si quis alieno,* Sed *Glos.* suum præbens calculum, inquit *Tu*
624 *dic tutius, vt in factum actione, non furti teneatur; Item hac habet locum in pecuniarijs, in criminalibus autem in ipsam vxorem datur iudicium, vt arg. l. de iniur. l. fin.* & in hoc Accursij placito magnum vim fecisse creditores vxoris in casu relato, fuit mihi insinuatum. Plura alia congerit *Bouadil. in Politic. lib. 5. cap. 1. n. 78. lit. E. & F.* & in discursu ita fatur, *Ni tanpoco el Corregidor cumple con assistir el por sù persona, sino que tambien hà de tener presentes à sus Officiales, por los quales, y por sù muger, y*
625 *hijos (que suelen hazer otro Tribunal como dixo Cornelio Tacito)* qui *lib. 3. Annal. §. 7.* inquit *Quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus abiectari,* & *Glosam* sequitur *D. Larr. dec. Granat. 48. n. 23.* vers. *Nec secundum,* post *Bald.* ibi *n. 2* & *Interpretes* communiter, insignis *Gregor ad ius septempartitum in l. 1. tit. 16. part. 3. Glos. 3.* verb. *Los otros ombres*, illic *Intellige ciuiliter, non criminaliter, Auiles in cap. Prætorum*, verb. *Mugeres n. 5. Azeu in l. 1. n. 28. tit. 6. lib. 3. Recopil. Bouadill. in Polit. lib. 5. cap. 1. n. 78. & cap. 3. n. 118.* de quo etiam *P. Molin. tom. 1. de iust. & iur. disp. 88.*

Et cum in spem erat Magistratus contra ipsum minimè procedendum esse, è viuis excesso Dom. de Marinis causæ Commissario, ac mutato Regni Moderatore, (successit enim in locum Dom. Cardinalis de Aragonia ad Gubernium Excellentissimus Dom. Petrus de Aragonia virtute insignis, & pietate eximius, illius Germanus frater) quem cum adijsset Domini rerum, bona sua deperdita lugentes, manauit re-
626 scriptum, quod vir satisfaceret, & gestorum per vxorem pœnas lueret debita illius in maxima quantitate satisfaciẽdo, itaq; audio fuisse exequutum

Viden Lector, si rectè mecum consulueram, officia non appetere, & ab omni Magistratus ambitu abstinere? Haud immemor sententiæ *Tullij* Eloquentiæ parentis in *Orat. pro Publ. Sex. n.* 85 postquam curas, onera, laboresque non pau-
627 cos Principum, & Magistratuum enarrasset ea protulit verba, *Hanc Ego uiam Iudices, si aut asperam, atque arduam, aut plenam esse periculorum, atq; insidiarum negem, mentior; præsertim cum id non modò intellexerim semper, sed etiam præter cæteros senserim*, & idem in *Orat.* pro *Flauo*, ibi, *'O conditiones miseras administrandarum Ciuitatum, & Prouinciarum, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum, vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, fraus omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes Pratores expectant, præsentibus inseruiunt, abeuntes deserunt.*
628 Eaque fortiter suadentur, nam nihil difficiliùs est, quam alijs benè præesse, opusq; magnũ est, & arduum imperare, vt ait *Plat. in Epist. 7. Auerr. in lib. de repub. tract. 2. & Cornel. Tacit. lib.* 1. eamq; inter omnes artes viuendi, & regẽdi ampliorem, & superiorẽ esse docuerunt *Diuus Thom. lib. 2. de regim. Princip. cap.* 15. *S. Gregor. Nazian. in Apologet. & Diuus Chrysost. in Posterior. Epist. ad Corinth. Mastr. de Magistr lib. 1. cap. 30. n.* 21. vbi plura eruditè admodum congerit. *P. Marquez in lib.* cui nomen dedit *El Gouernador Christiano in princip.*
629 Quæ autem mala Magistratibus accidant, eaque præsertim optimis, qui maioribus periculis, & falsis insinuationibus expositi sunt, eò quod amore iustitiæ, & virtutibus suis im-

pro-

proborum vitia horreant, æquoq; iustitiæ libramine nullam excipiant personam potentis, ac ab omni xenio, & munere se abstineant falsas Magistratibus obijciunt delationes, quas li-
630 bellis sine Authore, aut voce absque fundamento Principi insinuant, vt de Ministro diffidat, quæ omnia à Principibus, & superioribus exprobanda sunt, non admittenda, ijs namq;
631 faciles si præbeantur aures, iustitiæ neruus prosternitur, & magnum oritur Reipublicæ detrimentum, vti *n.* *pag.* indicauimus, siquidem nihil magis authoritatem Principis, auget, quam qui eius nomine regimen exercent, & iustitiam administrant apud subditos sine aliquo dedecore existere, vti ex *Diu. Augustin.* notat *D. Larr. Alleg. fiscal.* 101. *n.* 23. ibi, *Decet eos, qui præsunt, gloriosos in conspectu Populi apparere, nam si nimia deiectionis seruaretur humilitas, regendi frangeretur authoritas, Et verè nihil magis odio, & æmulatione subditi prosequun-*
632 *tur, quàm Magistratus, qui nomine Principis muneribus publicis funguntur,* in eiusque aures aduersus eos insusurrant, dolos consuunt, atq; calumniam struunt, liuore ex æstuantes, vti benè tradit *D. Larr. d. n.* 23. & *per tot. Allegat.* quam edidit ad sua-
633 dendum Principibus, ne delationibus aduersus Magistratus facilè annuant, quia optimi subiacent calumnijs.
634 Præterquamquod libelli clanculò emissi sine Authore, & subscriptione, certiorando Superiores de delictis Officialium, penitus à iure damnati sunt ad, *tex.* peculiarem in *cap. inquisitionis*, §. *Tertiæ dubitationis articulus, de accus.* ibi, *Nec ad pe-*
635 *titionem eorum qui libellum infamationis porrigant in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis. ibidem maioribus faciendum*, vbi *Glos.* subdit. *Huiusmodi homines esse puniendos cap. quidem* 5. *quæst.* 5. *Specul. in tit. de Magistr.* §. 7. *n.* 10. *Baiard. ad Clar.* §. *fin. quæst.* 73. *n.* 42. *Menoch. cons.* 94. *n.* 18. *vol.* 1. *Auiles cap.* 2. *Prætor.* verb. *An iustitia n.* 18. *Segur. in Director. Iudic.* 2. *par. cap.* 3. *n.* 10. *Ambrosin. dec.* 50. *n.* 30. *D. Perez de Lara lib.* 2. *de anniuersar. cap.* 4. *n.* 123. *Larr. d. alleg.* 101. *num.* 20. *circa med. Mastrill. de Magistr. lib.* 6. *cap.* 2. *n.* 47. *Escob. de punit. & nobil. proban. par.* 2. *quæst.* 2. *Rubr. de schedul. & libell. secret. n.* 3. vbi pluribus congestis adducit *Clar. in prax.* §. *final. quæst.* 5. *n.* 4. *circa med.* vbi tradit quod omnes contra quos fuit

pro-

processum ex eiusmodi denunciationibus factis per personas incertas, & occultas fuerunt per Senatum absoluti, & alios casus particulares recollegit *Baiard. ad Clar. d. §. fin. quæst. 73. n. 42. Gregor. Lopez ad ll. Partitarũ. Glos. pen. tit. 9. par. 7. & in l. 3. Glos. 5. eod. Ceuall. commun. contr. comm. quæst. 821. à n. 19. cum seqq. Boss. in prax. crim. tit. de indic. n. 7.* communiter *Scribentes* nedum *in d. cap. inquisitionis*, verum etiam in *cap. qualiter, & quando el 2. de accusat. & in cap. cum in iuuentute*, ibi, *Quia tamen eius suggestio non de charitatis radice procedere videbatur, noluuimus aures nostras quasi malignis delationibus incli-*
636 *nare, depræsum.* Optandum sanè eiusmodi libellos minimè recipi. Quinamplius: oblatos esse dirumpendos, eorumq; administros, & partitores eijciendos, puniendosque, & proindè summa diligentia perquirendos, nè de occulto glorientur facinore.

637 Et ex eo dumtaxat, quia omnia clàm fiunt in mala fide semper esse censentur, *l. vltim. ff. de rit. nuptiar. & in l. 1. C. de interd. matrim.* & ibi quoque *DD.* inter quos *Bal. in 1. lectur.* ex hoc dicit haberi notabilem limitationem legum, quibus ca-
638 uetur sexum, & rusticitatem excusari, *cap. vltim. §. si quis verò extr. de clandest. despons.* vbi habetur, hos non expertes esse scientiæ, aut certè affectatores ignorantiæ videri, & ex *cap. cũ ex iniuncto* post *princ.* & ibi *Io: Anan. in 3. notab.* & *Faln. in princ. de hæret. Glos. in l. qui contra* in verb. *Errore, C. de iniust. nupt.* alia plura congerit *Tiraq. de retract. conuention. in præfat. n. 14. vers. Et hinc.* eò magis, quia summo doli artificio, concinnatis calumnijs, formari consueuerunt eiusmodi libelli.

Rationem quoq; præcitati DD. afferunt, quia huiusmodi
639 delatores sunt perniciosissimi in Republica, & deteriores ijs, qui substantias, & aliorum prædia diripiunt, *cap. deteriores & cap. ex merito 6. quæst. 1.* cum similibus relatis *à Bouad. loc. citat. n. 74. & 75. Mastr. loc. itidem allegat. n. 49.* vbi inquit *Principes minimè libellis prædictis, & accusationum capitulis ità clanculò emissis fidem adhibere debere, nec illico crimina in eis contenta inquirere aduersus honorem, & bonam aliquãdo Magistratuum famam, qui vt diffamentur, & eorum honor penitus amittatur scelesti quidam homines non zelo iustitiæ, sed ex odio parti-*
cula-

culari componere consueuerunt, cui se subscribit *Escob. d. quæst. 2. n. 5.* vbi subdit *Et vt plurimum eadem quam asserunt, fæce coinquinati.*

640 Quò factum est: vt huiusmodi delatores Romanorum tēpore, licèt fautores habuerint, attamen cognito postmodum malo, nedum eiecerunt, sed morti fuerunt traditi, de quo li-
641 bet mihi propria verba eximij *Bouadill. in Polit. d. lib. 5. cap. 1. n. 75. circa medium*, transcribere, vti ad rem peculiaria, *Estos delatores* (inquit Author) *fueron fauorecidos, y premiados en vn tiempo grandemente por los Romanos, porque segun escriben Alexandro, y Dion Cassio, y otros, el Emperador Neron les daua la quarta parte de los bienes de los condenados, y por la ley Papia se les daua la mitad; y tambien los faborecio Tiberio Cesar, como guardas y custodias de las leyes, para poner terror à los delinquētes, y assi les acrecentò el premio, dandolo à todos los delatores, segun escribe Cornelio Tacito. Però entendiendo con el discurso de los tiempos el penicioso, y escecrable officio destos secretos acusadores, y de los delatores, y curiosos malsinos, y que por codicia, ò por odio, ò con falsedad ponian en discrimen las hondras, las vidas, y haziendas de los Romanos, y tal vez por causas liuianas, fue extirpado de la Republica este Oficio de todo punto, de tal manera, que el mismo Tiberio Cesar, que antes los habia fauorecido, hizo en vn dia matar à los principales dellos, y el Emperador Tito los hechò de la Ciudad, y el Emperador Aureliano los persiguiò seueramēte, segun refiere Flauio Vopisco, y el Emperador Traiano los hizo poner en naues, y sin remos, ni velas hecharlos en la mar, a la misericordia della, y el Emperador Costantino por ley los prohibio, y otras cosas contra estos delatores se podian ver por Pedro Gregorio. Y realmente como dixo Placito, ninguno es curioso en estas delaciones, que no sea maleuolo, y como dixo Isocrates, muestran mortal odio, y rancor.* Quæ omnia ex Historijs, & legibus benè fundat in Glosis; *Mastrill. d. cap. 2. n. 54. D. Larr. Alleg. fiscal. 102. n. 20. 21. & 23. vers. Adeò enim*, vbi inquit Reipublicæ expedire
642 coerceri calumnias contra Magistratus, & Superiores, vt statim quod eorum innocentia cognoscatur, etiamsi non petierit accusatus, adhuc oporteat accusator damnari, adducens exemplum, de quo mentio fit in iure canonico in *cap. manda-*

stis

643 *ſtis* 10. 2.*quæſt*.2. de delatione facta aduerſus *Summum Pōtificem Sixtum Tertium*, apud *Imperatorem Valentinianum per Baſſum* delatorem peſſimum, qui conuictus de falſitate, & calumnia, fuit à communione fidelium, & à gremio Eccleſiæ ſeparatus, & ab Imperatore in Inſulam deportatus omnibus eius bonis confiſcantis, & Eccleſiæ incorporatis, idemq; *Larr. cap*.102.*n*. 26. fundat grauiter eos puniendos calumniatores, eò quod contra Magiſtratum libellum dediſſent, ſi illum non probarent, argum. *tex. in l. athletas*, §. *calumniator*, *ff. de his, qui notan infam*. *l*. 1. §. *calumniari*, *ff ad Turpill.* quorum ſuperiùs meminimus, *Rimin. iun. vol*. 3. *conſ*. 303. *n*. 10. *Caball. ex multis caſu* 205. *n*. 3. *Clar in prax. crim. quæſt*. 62. vbi *Baiard*. *n*. 19. *& 31*. *Farin. in prax. quæſt*. 16. *Bouadill. lib*. 5. *Polit. cap*. 2. *n*. 101.

644 Et adeò prohibitum eſt eiuſmodi delatorum genus, quod non ſolum iure poſitiuo procedit, ſed etiam Diuino, vti ex pluribus probat *Eſcob. de purit. d. quæſt*. 2. *p*. 2. *n*. 8. *& ſeqq*. vbi
645 firmat peccare lethaliter, vti homicidas, & teneri ad reſtitutionem famæ, adducitq; authoritatem *Diu. Auguſtini Diui Thomæ, Banez, Salonis, Soti, P. Molin. Petri Nauarra, Rebelli, Azorij, & aliorum*, & per *tot. caput* enarrat quibus ſint expoſiti calumnijs Magiſtratus, & antè ipſos *D. Larr. Bouadill. Maſtrill, & alij* à *Me* cōgeſti in ſedibus modò indicatis. Sed (proh dolor!) fædata temporum conditio fert, vt non modò eiuſmodi Delatoribus, & alienorum geſtorum exploratoribus nimium deferatur, verum etiam ij honorentur, & præmia conſequantur, quod vtique non eueniret ſi ſupplicia ſuſtinerent, de quibus tum ex Sacra Scriptura, tum ex alijs Hiſtorijs, exempla refert *D. Larr. alleg. fiſcal*. 102. *ex n*. 16. *verſ*. *His enim lib*. 2. vn-
646 dè *P. Carolus Scriban. in inſtit. Politic. Chriſtian*. pulchra illa effundit verba (Moniti inſtar) *cap*. 17. illic *In omni ſaltem delatione meminerint dexteram ſemper aurem Deo dare, Delatori ſini-*
647 *ſtram, potiorem nimirum, digniоremq; illi partem, non poteſt hic peccare moderatione, pōt credulitate, cogitet plurima occurrere, quę accuſatorem impellunt; Error, Suſpicio, Zelus, AEmulatio, Odiū, Timor, Præmium, Facilitas in credendo; ſuſpendat deindè ſententiam in omni delatione, tacituſque ſecum, ſingula delatoris diſpi-*

ſpi-

spiciat, delictum, personam deferentis, ac delati, vtriusq; vitam, & mores, narrationis modum, circumstantias locorum, temporum, personarum audiant, deindè reum placidissimo vultu, & ore obseruet, in eo singula non minus, quàm in accusatore, nec quicquam statuat, nisi in re compertissima, plus semper reo, & clementiæ tri-
648 *buat, quàm accusatori, & seueritati: nam si satis esset accusasse, Princeps reus staret, & optimus quisque, in quem ferè improbitas insurgit,* Hucusque *P. Scribanius.*

649 Quibus notabilibus, ac sanè aureis verbis relatis subdit *D. Larr. d. cap.* 101. *n.* 16. quod sicuti non est credendum accusati Sacerdotem ità passim, nisi cautè, & præuia discussione, ita obseruandum fore in Magistratibus, qui iustitiæ Sacerdotes dicuntur *l. 1. ff. de iust. & iur. & tex.* est singularis in *cap. si qui sunt* 17. 2. *quæst.* 7. ibi, *Non oportet eos à Iudicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua conscientia, quoue merito, si pro Deo, aut vita, pro vanagloria, vel inimicitia, vel odio, aut cupiditate præsumpserint, vel ne;*

650 Etenim: nulla maior delinquentium, qui iniustè causam agunt, versutia est Iudicem calumniare, vt inde vigorem administrationis iustitiæ aliqualiter remittat, vti ex *Iusto Lipsio* tradit eruditus *Ioannes Solorçano lib. 1. de iur. Indiar. cap.* 6. *n.* 39. & ideò Magistratibus falsas objiciunt delationes, quas libellis sine Authore aduersus illum Principi insinuant, vt de Ministro diffidat, illumque paruifaciat, *D. Larr. d. cap.* 101. *n.* 18.

651 Id ipsum adamussim mihi non semel contigit, ne dum in Visitatione, quam apogoleticus hic continet libellus, sed aliàs sepè vt Superiorum aures aduersus Me AEmuli villicarint, coloratis aereisq; sub prætextibus ita ab Orbe, & Vrbe cognitis, non aliò tendentes, nisi vt de Me diffiderent, & ad maiora Magistratus munera filium abrumperent, sed incassum, ita Miseri? Quos inuidus liuor excecat, parum attendentes, quod
652 à detrahendo proximo tutius est abstinere etiam ab audiendis defectibus ipsius, de quo plenè *Nauarr. in Manual cap.* 18. *n.* 50. *Petr. Nauarr. de restit. lib.* 2. *cap.* 4. *par.* 2. *n.* 330. *Aragon.* 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 2. *dub.* 6. vbi etiã *Salon controu.* 22. *concl.* 4. *Valen. tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 6. *punct.* 5. *Molin Iesuit. de iustit.*

tract.4.disput.30.Filliuc tract 40.cap 4.ex n.94.cum seqq. Lessius de iustit.lib.2.cap.6.dub.5.Sayr.Claui Regia lib. 11. cap. 6. n.16.P.Rebell. de restit. quæst. 3. Emanuel, Saa verb. *Infamare num.4.*

653 Casum refero non omittendum, Quidam adscriptus Nobili arti Serici in hac Fidelissima Ciuitate Neapolis, grauatū se sentiens ab Officialibus ipsi arti deputatis.Supremum adijt Collaterale Consilium, petens ad Tribunal Regiæ Cameræ causam grauaminum remitti (pauper erat, & de modica serici quantitate tractabatur) fuit negotium demādatum Sacro Regio Consilio,vtpotè inter Partes,in quibus Fiscus nullum habebat interesse, & per Dom.meum Præsidem mihi causa commissa,decretū interposui, quod Actuarius artis, acta trāsmitteret ad finem cognoscendi de grauaminibus, renuit Actuarius decreto parere, Pars instabat coram Me pro exequutione;Inter has moras p vnū ex Dñis Præsidētibus Reg. Cameræ fuit carceri mancipatus Actor sub prætextu, quod cognitio iurgij ad suum Tribunal spectaret,& ille Sacrum Consilium adierat, proposito per Me facti themate in Sac.Conf.
654 coram eodem D. Præside, manauit decretum esse excarcerandum pauperem illum,quodq; Actorum Magister accederet pro exequēdo decreto, itaq; fuit exequutum, Regia Camera ægrè ferens excarcerationem prædictam, iterum carcerari iussit excarceratum, etiam de ordine Eminentissimi Cardinalis de Aragonia solertissi Regni Proregis,quo audito per Me communicata re cum Dom. Præside (nam casus accidit die 14. Iulij 1665. quo inceperant feriæ æstiuæ, & non patebat aditus proponendi in Sac. Conf.) nè præiudicium fieret Authoritati Sacri Consilij, in vinculis conijci mandauimus Actuarium artis Serici, qui noluit acta transmittere ad Sac. Consil.Iudicem appellationis dictæ artis; fuit relatum eidem Dom.Proregi, Me iussibus ipsius contrauenisse, quasi quod pauper ille de ordine illius detinebatur carceratus, quodque Ego personaliter ad carceres me contuli pro illo excarcerando; Indignatus, & iustè (si enunciata veritate niterentur) ex his delationibus Dom. Prorex, cominùs me vocauit, & exprobans gesta per Me, insinuauit ægro ferre animo prænarrata,

rata, quodq; rationem redderem, quo fundamento, siuè iuris, siuè facti contra eius ordines me ingesserim, vel Sac. Consiliũ manus apposuerit ?

655 Ego verò, qui nequidem per somnium Dom. Proregum iussibus, vllo tempore contraire auserim, nouam rem audiẽs, ea, qua semper erga Superiores reuerentiam vsus sum decretum Sacri Consilij iustum, & carcerationem Actuarij artis Serici iustiorem, ad oculum ex actis, quæ mecum attuleram demonstraui, quodq; nullus ordo Dom. Proregis contemptus erat, quæ dedignatus non fuit audire, & inspicere, vndè ex dictis per Me in omnibus persuasus, comiuùs animus quieuit, & humanior, quàm anteà factus nostri Tribunalis iusti-
656 tiam agnouit, mihique asserenti, quòd meum erat onus, diligenter, & cautè agere, nè vitio, aut negligentiæ adscriberetur, quod tantum Tribunal, cui inseruio, existente Me iurgij Commissario, detrimentum aliquod circa eius præheminentiam patiatur, iuribus suadentibus *in l.3.C.de Aduoc.fisc.l fin. in fin.C.de bon.vacan.lib.10.l.omnes 3. aliàs 4.C. de auuen. &*
657 *tribut eod.lib.* imò teneri in omnibus ita Me gerere, vt honor, & authoritas Tribunalis augeatur potius, quàm diminuatur, de quo est etiam *tex.in l.non intelligitur 3.§. Diui fratres, ff.de iur.fisc.* cum alijs adductis per *Escob.de purit. & nobil.proban.par 2.quæst.8.n.38.& seq.* cuius *Ego* memor fui in *2.mear. forens.cap.50.n.85.& in Respons criminal. Resp.4.n.2.* aures præbuit placidiores, & de re in Collaterali Consilio agi mandauit, ac euidentem calumniam, qua vsi fuerunt Delatores asserentes Me interfuisse in excarcerãdo pauperem illum, benè percepit. Ecce qualiter tot tantisque ærumnis subijciuntur Officiales, pluribusq; alijs exemplis possem conuallare, ni persuasum mihi haberem, vel mæsto silentio omnibus innotescere.

658 Alteram aduersus Me delationem apud Superiores recensere non piget, nempè magnum commisisse facinus in iurgijs criminum iudicandis, eò quod ad Reorum absolutionem inclinauerim; Quæ incidimus tempora, vt ẽt votandi libertatem
659 à Deo Magistratibus commendatã, eiq; iurisiurandi religione pollicita, m à Serenissimis Regibus iniunctam in vitium

660 vertat Calumniatores? aduersus quos (vbi occasio se tulit) verbis illis, quæ innocentia liberè loquẽdi dedit, impauidè sẽsum meum aperui. quod secundum leges, & Doctorum placita votum meum dedi, haud ignarus, quod contra iustitiam
661 facerem, si nocentem absoluerem, Expedit namq; Reipub. delictorum punitio, ad *tex. in l. si ità vulneratus*, vers. *Cum neq; ff. ad leg. Aquil.* ibi, *Cum neque impunita maleficia esse oporteat, Bart. in l. si longius*, §. *si filius n.* 1, *ff. de iudic.* conducit *tex. in l. licitatio*, §. *quod illicitè*, *ff. de public. & vectig. Gram. dec.* 36. *n.* 1.
662 inquiens cum delicta non puniuntur, publica lætitia turbatur. *l. nemo*, & ibi *Bal. C. de Episcop. aud.* & ira Dei in Nos prouocatur, à quo pro delictorum punitione venia speratur, *l. Prouinciarum*, C. *de fer.* vndè *Poeta Venusinus.*
663 *O derunt peccare mali formidine pœnæ.*
Reg. Valenz. conf. 80, *n.* 40. *lib.* 1. & communis Criminalistarũ schola in iuribus præcitatis.
664 E conuerso non Me fugit satius esse nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, ad *tex in l. absentem*, cum ibi *notatis*, *ff de pæn. l. respiciendum*, *ff. eod.* ibi, *Planè in leuioribus causis proniores ad leuitatem Iudices esse debent, in grauioribus pænis seueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi*, cuius verba extollẽs insignis *Doctor Thes. dec.* 161. *n.* 7. desiderio desiderauit in corde scripta habere seueros illos,
665 & nimiæ iustitiæ Iudices, quos ad considerandum monet, *Hominem Dei creaturam esse, maximo cum mysterio creari, creatũ educari, & conseruari, non sine maximo parentum sudore, & vigilijs, vndè non debet iam Nobilis factura, & animæ, corporisque coniunctio, ità facilè dissolui, & annihilari*, subditq; seueros illos Iudices animaduertere debere, misericordiã in Diuinis Scri-
666 pturis semper cũ veritate iunctam fuisse, vndè *Propheta* cecinit, *Misericordia, & veritas obtinuerunt sibi, iustitia, & pax osculatæ sunt*, aiente *Diu. Iacob. in Epistol. sua cap.* 2. *Superexaltat*
667 *misericordia iudicium*, pleraque alia ad rigorosũ Iudicem instruendum affert *Iacob. Simanc. Catholicar. Institut. rubr.* 47. *n.* 79. & 80. aureos illos *Claudiani* versus referendo.

Sis pius in primis, nam cum versemur in omni
Munere, Sola Deus æquat clementia Nobis.

Ma-

Maſtrill.de Magiſtrat. lib.3.cap.1.n. 46. *& ſeq.* quorum Ego memor fui in *volum. Reſponſor.Criminal.Reſp.*25.*n.*64.*& ſeq.*
668 vbi pariter *n.*70.indicaui multa iura, quæ in caſibus dubijs Reo fauět non Accuſatori, *l. Arrianus. ff.de actio.& obl. l. inter pares. ff.de re iud.l.in ambiguis, ff.de reg.iur.l.ſi me,& Titium, ff. ſi cert.pet.l.interpretatione, ff.de pæn. l. ſi verò. ff. ſolut. matr. l.qui ſententiam. C.de pæn.l.proximè, ff.de his,quæ in teſtam. delen l.ſi fuerint, §.fin.l.quoties, ff. de reb. dub.* alijs de induſtria prætermiſſis.

Dolui nihilominus vehementer eiuſmodi Delatores in-
669 ſcios fuiſſe, ſeu tales ſe finxiſſe,quod Ego non ſemel vltimo ſupplicio facinoroſos quàplures cōdemnaui,ad triremes alios, nec perpaucos contumaces foriudicationis ſententiæ ſubiecisse,iuxta facinorum acerbitatem,& probationum Fiſci ſubſtantiam, de quibus in eorum delationibus nihil egerunt, ſed ſilentio obruere ſtuduerunt, quando hæc non in angulo,ſed in ipſa Regia,& in Florentiſſima, ac frequentiſſima Ciuitate Neapolis ipſe peregi. Et ſi hæc facinori poſſunt adſcribi, victas ſubmitto manus Delatoribus, At in comperto eſt non alio, niſi furentis inuidiæ ſpiritu, & pauca rerum experientia commotos fuiſſe. *Iudicet illos Deus.*

Exhorrui itidē, non ſemel,cùm viderim,ꝙ *Iuſdicentes* punitioni delictorum præpoſitos, ad ſolam tituli,ſeu rubricæ, ſiue inſcriptionis delictorum ſtatim Reos condemnare, haud verebantur, cùm in comperto ſit apud omnes criminalium
670 rerum peritos ex prædictis Reum neminem fieri, ſed ex inditijs extantibus, & probationibus, nam multa inproperãtur,
671 præſertim hodie, quæ poſtea delentur; *l. furti, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur.* vndè in *canon.nonnè* 8.*quæſt* 4. habetur, *Neque qui accuſatur, ſed qui conuincitur Reus eſt Iſer. in cap.* 1.
672 *§.ſed, & qui delentur, n.* 43. *quæ ſit prim. cauſ. benef. amitten.*

Quidquod; in criminalibus, rei veritatem, non titulum
673 delicti, inſpiciendum eſſe, *tex.*eſt peculiaris *in l.famoſi,*verb. *Hoc tamen crimen, ff.ad l.Iul.Maieſt. l.quoad ſtatum, ff. de pæn. Ang.in l.Athletas, §.Calumniator, in princ. ff. de his, qui notant. infam.D.Præſ.de Franch. omniſcius dec.* 330. *n.* 6. vbi *Addent.* quam-

quamplura conſarcinarunt *Garſ. Maſtrill. ad Indult. general. cap.29.n.19.* verſ. *Tertio confirmatur,* vbi tradit Iudices non
674 debere attendere cartulas accuſationum, nam in ijs conſueuerunt Partes arduas proponere accuſationes, Sed inſpici debere quid ex informationibus conſtat, non per earum cartulas, ſiue rubricas, & perbellè quadrant, quæ Nobis inſinuauit *D. Reg. Rouit.* ſemper præ manibus habendus, in *Pragm. 1. n.4.*
675 *& 5. de cuſtod. reor.* irruens contra illos Iudices, qui ad ſolam tituli oſtenſionem, liberationes reorum ſub fideiuſſoribus denegant, quibus concinit eruditus *Eſcob. de nobilit. & purit. proban. par.5. quæſt.3. §.3. n.44.* inquiens, *Si titulus eſſet attenden-*
676 *dus, abſurdus ſequeretur intellectus, nam quis pœnam pateretur ex crimine quod commiſiſſe non conſtat,* refragante *tex. in l. ambigua 19 ff. de leg. l nam abſurdum 7. ff. de bon. libert. l ſcire 13. §. aliud el 2. ff. de excuſat. tutor. Bart. in l. omnes populi quæſt. 9. ff. de iuſt. & iur. D. de Franch. dec. 713 n. 22.* vbi obſeruar paſſim
677 abſque cauſæ cognitione in rubricis proceſſuum poni per Scribas titulos inquiſitionis, vt plurimùm parum verſatos, & ignaros, *Ego ipſe* nonnulla exaraui in *2. diſcept. forenſ. cap. 50. n.45. & ſeqq. & in 1. practicar. obſeruat. cap. 79. n.4. & ſeqq.* ac iterum in *Reſponſ. Criminal. Reſp. 6 n.13. ad 22.*

Præterquam: animaduertere conſueui, ex geſtis per Iudi-
678 ces ad ſolam tituli oſtenſionem, deſtrui penitus Imperialem Conſtitutionem in *l. ſciant cuncti, C. de probat.* qua cautum eſt, in criminalibus ad finem condemnandi probationes eſſe debere luce clariores, quem *tex.* omnes de mundo ſciunt, ibique *Gloſ.* conſimilem affert *tex. in canon. cap. ſciant cuncti.*

Merueram igitur ex prædictis Ego apud Superiores deferri, nec ne? aliorum bonæ mentis virorum, cenſuræ parere paratus ſum, ſi tamen iura calleant.

Minus habent de quo iuſtè conquærantur Domini Fiſcales, nam in dubijs quæſtionibus contra Fiſcum reſpondere,
679 delicto non adſcribitur, ſi *Modeſtino Conſulto* credimus in *libro ſingulari de præſcript.* translato *in l. Non puto 10. ff. de iur. fiſc.* quem exornat præ alijs *Alex. Turam.* inſignis olim primariæ veſpertinæ Cathedræ Almi Studij Neapolitani Anteceſſor in *libello ſingulari deſuper edito,* verba *tex.* ſunt, *Non pu-*

to

to eum delinquere, qui in dubijs quæstionibus contra Fiscum, facilè responderit, itaq; eum intelligit,& interpretatus est doctissimus ille fiscalis *D.Larr.alleg.* 1.*n.* 5.vers.*Verùm*,vbi pluribus
680 hinc inde allatis de dispositione *tex.* prædicti *n.* 9. ita fatur, *Et melior est interpretatio, quam probat Peregrinus* (qui & ipse Fiscalis fuit Serenissimæ Venetiarum Reipublicæ)*de iur.fisc. lib.6.tit.6.n.* 22.*&* 23. *quoties dubia fuerit probatio Fisci, & de iure certo illius non liquet, tunc contra Fiscum iudicandum*,ibiq;
681 exemplum refert de inmortalis memoriæ *Philippo II.* Rege nostro,qui in casu dubio contra ipsum pronunciãdum iussit, vndè *Traiano* inter reliquas laudes, quas congessit *Plinius II.* in eius *Panegyric* illa est ibi,*Quæ præcipua gloria tua est, sæpius*
682 *vincitur Fiscus,cuius mala causa numquam est , nisi sub bono Principe.*retuli *Ego in d. Respons.Crimin.Resp.*24.*n.*61. faciunt tradita àb.*Augustino Morla in Empor.iur.par.*1.*tit.*2.*quæst.* 5. *n.*18.*Sayr.in Clau.Reg.lib.*1.*cap.*11.*n.*12.*&*13.*P.Sanch.tom.*1. *moral.lib.*1.*cap.*9.*n.*45.*Xamar.de Offic. Iud. & Aduoc. par.* 1. *quæst.*4.*n.*8.*& seq.*
683 Nec enim Iudex in pænarum impositione potest à iurium dispositionibus elongari, sed illas sectari, adstringendo se illis cum omni moderatione, & temperantia, secundùm *Bald. in l.quicumque n.*21.*C.de seru.fugitiu.Simanc.de Cathol.instit.cap.* 34. *n.* 12. & vti aliàs præfatus sum, *in d.Respons.*Crim.25.*n.* 71. abhorrui semper condemnationes illas rigore plenas, nec
684 ab iniuria alienas,præsertim contra pauperes nullum habẽtes defensorem, eos maximè condemnatos ad triremes à Regijs Audientijs sæpè absq; regula,& norma,vt plurimum mihi incognitos , pro quibus euadendis semper elaboraui, secundum regulas actis,vt iustitiæ ipsorum, meæq; conscientiæ consulerem, non tantùm apud homines, sed coram Deo, qui me iudicaturus est, & exquisiturus rationem villicationis
685 meæ,omniumque, qui Magistratus munere funguntur, nec Me pænitet præ oculis æquitatem in iudicando habuisse, sua-
686 dẽte *Consulto in l.quod si Ephesi.ff.de eo quod cert loc.*& placitum illud *Marci Tullij lib.*1.*Officior.*memoria teneo,quod *Sũ-*
687 *mum ius, summam iniuriam continet*,cui *Lactant.Firmian.* se subscribit *lib.*6.*diuinar. institut.cap.*14.dum inquit, *Seueritas,*

nisi

*nisi se intra congruentes nocentium pænas coerceat, fit sæua crudelitas, Erasm.centur.1.Chliad.1.n.2.Ludou.Gomez. in cap. 1.n. 13.de constit.lib.6 Budeus in Annotat.ad Pandect.tit.de iust. & iur.Reg.Valenz.consf.91.n.53.lib.1.Diu. August. Epist.10. ad Bonifac.*relatus in *cap.vt constitueretur 50.dist.*ibi. *Detrahendũ*
688 *est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis, charitas sincera subueniat,* & vti ad rem ponderat *Reg.Valenz.cons.* 164.
689 *n.70.Haud dubiè Deus gubernat consilia eorum , qui clementẽ, & humaniorem dicunt sententiam cap.disciplina 45.dist Gram.*
690 *dec.5.n.31.& 34.* vbi monet Iudicem in pænis etiam legalibus interdum dispensare , & misericordiæ gratiam impendere, *cap.Domino Sancto 50.dist.cap.si quis Diaconus,& cap.dispensationes 1.quæst.7.*quæ scripsi in *Resp.Crim.7.n.51.* & modò iterum referre non abs re censeo. Eo addito , quod Iudex
691 propter nimiam seueritatem repellitur ab officio,teste *Bart. in l.1.in fin.ff.de his qui sunt sui, vel alien.iur. Bal. in l. si Dominus,* § 1.*eod.tit.& Ioann.Faber in § sed hoc tempore in fin. n.7. Instit.de his qui sunt sui, vel alien.iur.* tradit grauatum per Superiorem suum durius , ita quod possit ad sæuitiam reputari, eximi debere ab eius iurisdictione, & subiectione.*Reg.Valẽz.*
692 *cõs. 44.n.181.& n.anteced.* vbi affert simile de Domino malè tractante vasallos , quod punitur,& iurisdictione priuatur, vt *in tit.qualit.Dom.feud propriet.priuet. Pau. de Castr. consf. 4. & consf.32 vol 1.Boer.dec.26.n 15.Io:Vinc.Ann sing. 155. D. Reg.de Pont.dec Collat.Conf 16.n.34.Gram.dec.104.n. 4.* fusè *Ego* articulum disputaui *in 1.vol. disceptat. forensf.cap.11.*
693 Tenentur nihilominus fiscales , qui Iudicis loco existunt, eiq; æquiparantur, secundùm *Clar.in lib.5.sententiar.* §. *final. quæst.3.n.6.Bernard. Diaz in pract.crim canonica c.5.Azeu.in l.1.sub n.3 tit.13.lib.2.Recopil.*& totum Regnum tuentur pro punitione delinquentium , ex se ipsis processus videre cum
694 omnibus suis circumstantijs , & quæ sunt contra inquisitũ, opponere,non autẽ aspernari, quæ ꝓ eo faciunt, ijsq;benè, & attentè percunctatis, ac datis allegationibus in facto, & in iure Iudices omnibus visis, & consideratis secundum vtriusque partis iura,& iustitiam , suum calculum, & sententiam proferant, & causarum cognitio,seù discussio legitimè fiat, ad *tex.*

in

in cap. vnic. de lit. contest. cum similib Escob. de nobil. & purit. pro-
695 ban. par. 2. quæst. 8. n. 20. & 21. vbi pulchrè satis de munere fiscalis agens, inquit, Fiscalem ante omnia Deum, & conscientiã præ oculis habere debere, & animaduertere, quod inter duo contraria medium tenet, nempè inter auctoritatem Tribunalis, cui inseruit, & inter obseruantiam inuiolabilem iurium, tam communium, quàm localium, pro quorum obseruantia instare debet, cap. 1. de constit. cap. final. eod. tit in 6. cap qui restit. 11. quæst. 3. Rebuff. respon. 12. vers. Item, cum alijs congestis ab Henrico de Rotis in tract. de Synod. Episcop. 3. par. art. 1 n. 253. vbi ait, quod aliter faciens, læthaliter peccat, & calumniatoris pænam subit, &
696 parti damna resarcire tenetur idq; iusto iure de Iudice, & Fiscali loquens, procedere tradit Reg. Valenz. cons. 50. n. 4. & seqq. inquiens causas iustas teneri facere, non calumniosas, nec inquirere, capere, aut sẽtẽtiare iniustè, per tex in l. 1 §. calũniari, ff. ad Turp. l. nõ ignoret, C. de fruct. & litiũ expẽs. vbi Bart. Hypol. de Marsil. in sua pract. §. superest, Grat. respons. 97. n. 3. vol. 1. l. nec Magistratibus, ff. de iniur. Glos. in l. 2. §. fin ff. si quis cautio. & in l. quemadmodum, §. Magistratus, ff. ad leg Aquil. Gram. dec. 40. n. 12. & 13. Xamar. de Offic. iudic. & Aduoc. rubr. de fisc. Aduoc par. 2. quæst. 6. n 81. & seqq. vbi latè materiam exornat.
697 Rursùs: Fiscales quos credere fas est prudentia, fide, & industria esse præditos, ex tex. in l. 1. C. de Aduoc. diuersor. Iudicior. & in l. non noua 14. C. de iud. Simãc. de Cathol instit. tit. 53. n. 1. & in Enchirid. violatæ religion. tit. 20. n. 2. atq; etiam iurisprudentia, vt in toto tit C. de Aduoc. fisc. Donnell. lib. 8. commun. cap. 5. & non inscios experientia negotiorum, ex l 2. C. de postul. & in l. petitiones 5. §. Nec de cætero, C. de Aduoc. diuersor. iudicior. Simanc. loc. cit. Peregr. de iur. fisc. lib 7. cap. 2. n. 6. cum quibus conuallati òptimè Fiscalium munus peragere possunt, l. sciendum 4. §. 1. & §. ordine, ff. de legation. & in l. nemini 11. C. de Aduocat. diuersor. iudicior. si scientia, & industria, media saltim, aut omninò deficiant, non tuta poterũt conscientia tale peragere munus, l. 2. C. si seruus, aut liber. ad Decurion. aspirau. lib. 10. Azeu. in l. 2. n. 4. tit. 16. 2. Recopil Paz in prax. annot. 5. n. 10. plures colligit Farin. tom. 3. prax. crim. quæst. 111. art. 16. per tot. à n. 435. cum plurib. seqq. & quod non solùm in foro

animæ peccant, sed & tenentur ad renunciandũ officium sine
quo, aut sine proposito renunciandi absolui non possunt ex
doctrinâ Theologorum ad *Diu. Thom. 2. 2. quæst. 76. art. 2. Ca-*
ietan. in summ. verb. *Iudicis peccata, Nauarr. in Manual. cap. 25.*
n. 12. Sayr. Clau. Reg. lib. 12. cap. 13. n. 2. Valer. Reginal. lib. 25.
prax. for. pœniten. n. 657. Bonacin. 2. tom. de iudic. publ. disp. 10.
quæst. 2. punct. 3. n. 1. tenentur eorum scientiam, & experien-
tiam, adhibere etiam in obuiandis Accusatorum astutijs, &
698 tergiuersationibus, quibus aliquando veritatem falsis asser-
tionibus, & testibus obumbrare solent, & Tribunalium au-
ctoritatem commouere, & subuertere intendunt, *tex.* elegans
in l. Fisci 3. C. de Aduoc. fisc. nam modis omnibus inuigilare
debent, vt calumniantium fomenta restringantur, ad *tex. in l.*
celebrandis 19. vbi *Bal. C. de nupt.* & maximè decens visum fuit
malitijs hominnm occurrere, *l. Si Prætor 75. ff. de iud. l. in fun-*
do 38. ff. de reiuend. l. properandum, § sin autem vtraq; C. *de iud.*
cap. calumniam, ff. de pœn. cap. penul. de cens. in 6. Extrauag. Ma-
litijs hominum de author. & vsu Pallij inter communes, & *de iu-*
re Partitarum, adest *tex. in l. 8. tit. 3. & in l. 7. tit. 22. part. 3. Ce-*
uall. commun. contr. comm. quæst. 830. n. 53. Barbos. Episcop. axio-
mat. 143 n. 1 & 2. Escob. de nobilit. & purit. proban. par. 2. quæst.
4. R*ubr. de trib. actib. n. 7. & 8. & quæst. 8 n. 29. & seq.* ex qui-
699 bus infert, quod sicuti Iudex ex officio calumnias repellere
debet, ex *Glos.* quam notabilem affirmat verb. *Calumniosam*
in l. qui cum maior, §. si patris, ff. de bon. libert. l. pactum, verb. *Pœ-*
na, vbi notat *Ias. C. de trans. l. merealem 5. C. de condict. ob turp.*
caus. vbi *Bald. &* Salic. *Io: Redin. de Maiest. Princip.* verb. *Sed*
etiam per legitimos tramites à n. 130. cum plurib. seqq. Osual. Illi-
700 *ger. ad Donnell. lib. 22. commun. cap. 2. lit. A. in fin.* Et cum Fi-
scalis Iudicis loco existat, secundùm *Escob. loc. cit.* imò in nihi-
lo à Iudice differat, quicquid Iudex ex officio facere potest,
possit & Fiscalis ex dictis per *Bernard. Diaz d. cap. 5. Felin. &*
alij apud ipsum *in cap. cum clamor 53. n. 4. de testi. Præpos. in*
cap. de accusatione el 2. quæst. 8. Clar. in pract. §. final. quæst. 3. n.
6. circa med. & quæst. 10. n. 6.

701 Itidem: Fiscales non ideò, quia Fiscales sunt, verum agno-
scere prohibentur, si quando reorum innocentiam olfaciant,

& con-

& contra accusatores calumniam detegant *tex* est elegans *in l.quotiës, §.nec vtique in fin.ff.de admin. tutor l. si fideiussor, §. quædam.ff.mandat.* vbi *Glos.*verb.*De apicibus, & in l. & si non cognitio, C.si contr.ius, vel vtilit.publ.* Veritas namque semper amplectenda est, siue in fauorem Accusatoris, siue Accusati. ad *tex.in l penul ff.de probat.cap. quæritur 36. 2.quæst. 7. Sylu. nuptial Rubr. Quomodò sit iudicandum, n.112. l cum ita legatum 63.circa fin.ff.de condit.& demon.cap.fraternitatis de frigid. & meleficiat. Petr.Gregor.lib. 17.de Republ.cap.3.n.6.Rol.à Vall. cons.11.n.3 & cons.88.n.1.vol.3.*

702 Veritas enim est res solidissima, & murus inexpugnabilis, vti habetur *in Testamento veter. Esdræ cap. 3.* & sic notat *Ball in cap.sicut de probat.& in cap.licèt causam eod.tit.* quod qui cō-
703 fidit in veritate non vadit per mendicata suffragia, sed festinat, vt veritas inquiratur. de quo meminit *Affl. dec.253.n.7.* vbi pulchra verba *Sanct.Isidor.refert.*

704 Hinc est, quod calumnias in Fisci causis arceri, & concremari, iusta ex causa constitutum habemus in *l.iustas, C.de iur. fisc.*& sicuti Iudex nunquam agere malè debet, ità & Fiscalis qui Iudicis Officio vtitur, secundùm *Parid de Put. de sindic.* verb. *Euidentialia cap. 2.* qui alios affert, *Azeu.in l.2.n.3.tit.7. lib.3.Recopil.Escob.d.quæst. 8. rubr. de Offic. Promotor. Fiscal. n.46.*

705 Caueant quoq; Fiscales de apicibus, idest de minimis, & rebus leuibus, & contemnendis, de quibus contendere hominis est peruicacis, plurimum curare, argum *tex.in d.l. si fideiussor,* iuncta vera *Donnelli* interpretatione *lib. 13. commun. cap.13.* vers.*Sed & quasdam exceptiones,* vbi *suus Osuald. lit. G.Barbos.Episcop.axiomat.iur.150.n. 1.* vbi quod minima nō sunt in consideratione, siue Prætor de minimis non curat, &
706 *axiomat.151.n.3.* vbi quod simonia nō committitur, siquid minimum donetur, vbi ex *Tiraquell. Crau Valer. Reginal. Suarez, Cardinal.Tusc. & Episc. Ricc.* comprobant. Ea etenim minima Scribis, & Curiæ Sectatoribus relinquere debent, ne nimium grauentur, illisq; illud contingat.

707 *Omnibus intentus, deficit ad singula sensus.*

Animaduertere etiam debent Fiscales quando veritatem

accusationum agnoscunt, & pro eorum munere benè gerendo, Accusatoribus fauere debent, quod taliter iura ipsorum proponant, veluti si Patroni existerent causæ, vti *Ego* non semel obseruaui, & vidisse quoq; in suo Tribunali fatetur, *Escob.*
708 *d. quæst 8. n.* 47. vers. *Vt autem Fiscalis*; Sed ita, quod suo officio vtens, & Fiscalis apparens, suum Contradictoris munus dirigat cum dissimulatione, & adimpleat cum prudentia, itaq; contraria apponat vt simul veritatem, & iustitiam Accusatorum ostendat, nec eum valdè oneret, nec expensas augeat, nec dilationibus vacet, quod quidem vtrumque per discretionem rectè coniungere, & dirigere potest, & suo officio vti, & iustitiam Accusatorum non exturbare. Nam non debet apparere
709 Partis Aduersæ Aduocatus, etiam in notoria probatione, cum semper se munus Fiscale exercere ostẽdere debet, quodq; ex necessitate officij mouetur ad punitionem delinquentium insinuandam, hùcq; tendere defensiones Fisci, & allegationes ita instruere, & causam defendere, ne aliàs nimis Fiscalis, & contradictor videatur, & ob hoc suspectus reis sit, ad *tex. in l. apertissimi, C. de iud. Reg. Valenz. consf.* 95 *n.* 76. *lib.* 1. inquiens, *Contra ius esse, vt qui tenetur defendere, impugnet*, ad quod allegat *tex. in cap.* 1. *de natis ex libero ventre. Et in l. frater à fratre, ff. de condict. indeb. Gulielm. Durand. de Concil. Lugdunen. in cap. general. n.* 26. *de elect. in* 6. *Rom. consf.* 251 *n.* 1. *Escob. d. quæst.* 8. *n.* 49. vbi satis lepidè loquitur illic, *Nec etiam suas oppositiones ità dirigat, vt nimis Fiscalis, & contradictor videatur, & iura alterius deturbentur, sed omnia pro, & contra complectatur, & singula distinctim annotet, vt suum munus adimplendo, veritatẽ,*
710 *& iustitiam causarum agnoscere ostendat, in quo præcipuum locum obtinet prudentia, quæ inter hæc duo, quæ licèt contraria videantur, medium statuere poterit salutiferum, & expediens valdè, quia regula circa hoc certa tradi non potest, sed sumenda erit ex cuiusq; negotij qualitatibus, & circumstantijs.* Hactenus *Escob.* qui *eod loco n.* 50. præcipuum Fiscalium munus esse tradit, vt à calumniando Reos caueant, ad quod pulchras leges, ac Doctorum placita congerit.
711 Respectu verò eius enunciati de allegationibs in iure instruendis per Fiscales, (verè vt verum fatear,) nõ vidi Ego obser-

seruatum, siquidem Responsa à Fiscalibus reddita non agnoui ad iura Fisci tutanda, ijs sanè temporibus, in quibus Iudex criminum extiti, & modò dum Consiliarij munere fungor; fortassis, quia ob negotiorum multitudinem, studio vacare non valent, sed necessaria sunt, vt via sternatur Iudicantibus, ad sententiam pro illo proferendam, alioquin Quomodo victoriam consequentur? Vndè si non formant allegationes, dolere, & conqueri non debent si in causis succumbunt, dum
712 nemo ex Fiscalibus vnquam defuit in iure causas Fisci fundare, ità ex exteris *Peregrinus. Farinacius* Fiscalis in Vrbe, & *Io: Bapt. Larrea*, laboriosa formarunt Responsa typis tradita & ex Nostratibus *Marcellus Maurus, & D. Reg. Galeota*, quãtum insudarunt mediantibus eorum Allegationibus, & Responsis pro iuribus Fisci tutandis? neminem latet.
713 Et si quispiam curiosus instabit, quæ vtilitas si ex falsis delationibus adhuc Magistratus in discrimen adducuntur, & Delatores grauiter non puniuntur, adeat *D. Larr. alleg.* 102. *n.* 19.
714 vers. *Nullus enim*, nam dum causam propriam manifestam facio de alijs calamum cohibeo; Ea enim mihi vnica cura fuit, aliqua summatim libare, satis plura alia dicturus si per tempus liceret, Etenim, vt omnia singillatim excutiam, quæ mihi contigerunt, neq; locus hic profectò est, neque animus, Deoq; immortali Delationes, & Calumnias puniendos relinquo; ac Momos, Zoilos, Aristarcos, Baubatores, & alienarum laudum, & virtutum detractores, ab ijs abstinendos in spem ducor, ne salutis æternæ immemores, animæ iacturam faciant, & quisquis Ego fuerim post octo volumina in lucem edita, (Deo iuuante) nullius æqui æstimatoris iudicium pertimesco, meoque Nicandro secunda hac vice è Typis prodituro Me commendo, vt vbi opus fuerit, suas sustinere vices non reformidet, & viam sternat Magistratibus omnibus benè operandi, & lætari si aliquando propter iustitiã persequuti fuerint, cùm Deus Optimus Maximus non relinquet virgã peccatorum extendi super sortem iustorum. Atq; iam quo ad res à Me gestas, quemque æmulationes finem vindicarunt sit satis. L. D. B. V. M. Neap. die 20. Decembris 1666.

F I N I S.



